



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



3 3433 06659374 4











ISLANDS  
LANDNAMABOK.

---

HOC EST:

3953



LIBER  
ORIGINUM  
ISLANDIAE.

---

VERSIONE LATINA, LECTIONIBUS VARIANTIBUS, ET  
RERUM, PERSONARUM, LOCORUM, NEC NON VOCUM  
RARISSIMARUM, INDICIBUS ILLUSTRATUS.

*Ex Manuscriptis Legati Magnæani.*

---

HAVNIAE, 1774.

TYPIS AUGUSTI FRIDERICI STEINII.







## L. B. S.

**O**rigines gentis suæ, primaque ejus incunabula ex tenebris antiquitatis eruere, omnibus quidem desideratum, paucis concessum fuit; nam quo altius hæ repetuntur, eo plura obstacula, majoresque tenebræ animum sciendi avidum retinent, idque adeo quidem, ut omnibus numeris absolutam & certis ac indubitatis testimoniis ubique suffultam originum notitiam haberi posse, vix unquam speret, qui variam rerum humanarum, earumque notitiæ propagandæ sortem recte perpensaverit; unde etiam paucissimæ gentes originis suæ historiam, Augusto hoc nomine dignam, monstrare possunt. Id autem præ multis peculiare habuit colonia Norvegorum, quæ seculo nono Islandiam inhabitare cepit, ut historiarum alias studiosissima, suam præprimis coleret, quam a  
summis



*summis ejus primordiis jugiter repetendo, & junioribus præclara majorum facta inculcando (\*), genealogias simul ac origines gentis, per fidelem & sæpius iteratam traditionem, maxima cura conservavit, usque quo, majore & faciliore literarum Romanarum usu post paucas omnino ætates introducto, integra majorum, inde a terræ primum inhabitatæ tempore, series genealogica, eorumque facta maxime illustria literis consignarentur. His fundamentis nititur hicce DE ORIGINIBUS ISLANDIAE LIBER, qui inter primos librorum*

---

(\*) Illustri hac de re loco suam relationem Codex Melenfis infra nominandus sequentibus claudit: „Þat er margra manna mál, at þat se úskylldr fróð-  
„ leikr at rita landnám; enn ver þykjunst heldur svara kunna útlendum  
„ mönnum, þá er þeir bregða ofs því, at ver séom komner af þrælum edr  
„ illmennum, ef ver vitum víst kynferðer fannar; Iva ok þeim mönnum,  
„ er vita vilia forn fræde eda rekia ættartölur, at taka heldur at upphafi  
„ til, enn höggvaft í midt mál; enda ero sva allar vitrar þjóðer, at vita  
„ vilia upphaf sinna landsbygða, eda hvers hverge til hefnaft, edr kynslóðer. “  
Id est: multorum quidem hominum hic sermo est, quod nimis remota vel longe  
petita cognitio sit, occupationem terræ describere; nobis vero videtur ita  
optime responderi posse peregrinis, ubi forte nos a mancipiis vel maleficis ortos  
esse calumniantur, si veras gentis nostræ genealogias certo sciamus. Deinde  
etiam eis, qui veteres historias exacte cognoscere, & genealogias pertexere  
aveant, melius multo satisfiet, si rem ab ipsis ejus initiis repetamus, quam si  
in mediam involemus, & velut abrumpamus. Denique omnibus populis, qui  
scientias coluerunt, curæ cordique semper fuit, ut habitationum patriæ initia  
& incrementa, seriemque majorum diligenter perquirerent.



librorum gentis historicorum numerandus esse, communi reliquorum consensu comprobatur, & quemlibet insulæ tractum, ejusque limites cum nominibus locorum, quæ maximam partem adhuc hodie supersunt, enumerat, historiam occupationis & primos cujusvis incolas, eorumque ut plurimum majores & posteros recenset, & unde quivis & qua occasione novam hanc patriam sibi quæsierit, multis pertexit.

Ut autem talis labor unius hominis vires certe superat, ita & huic libro tam feliciter cessit, ut summi nominis inter Islandos historici manum illi admoverint, & non solum plures coævi diversas insulæ partes præ reliquis sibi describendas primum sumserint, sed & subsequenti ætate, viri historiarum peritissimi priorum labores ad umbilicum perduxerint. Evenit etiam hic, quod alias raro in istius ætatis scriptis, ut nullum de autoribus scripti dubium supersit, cum in ejusdem fine (pag. 378.) omnes recenseantur.

Horum autem agmen ducit, magno suo, tam quoad ætatem, quam fidem & celebrem eruditionem, merito decantatus **ARTUS POLYHISTOR, SNORRONE STURLAËO** teste, & primus & veracissimus rerum septentrionalium in Islandia scriptor, anno 1068 natus, & a S.



Vener. FINNO JOHANNÆO in *Historia Ecclesiastica Islandiæ* Tom. I. pag. 193 sqq. pluribus laudatus.

Arium in hoc labore proxime secutus est huic ætate suppar KOLSKEGGUS, ob eruditionem etiam POLYHISTOR a posteris salutatus, qui plus una vice (pagg. 290. 304. 378). narrationum hujus libri autor diserte laudatur.

Horum vero hac de re scripta, ut & GENEALOGIAM ÖLFUSENSEM incerti autoris (pag. 319), nec non GENEALOGIAM BREIDFIORDENSEM, a BRANDO Priore, qui honoratissimum POLYHISTORIS nomen etiam promeruit (pag. 106), scriptam, denuo collegisse & in ordinem redelegisse videtur STYRMER POLYHISTOR (pag. 378), anno 1245. mortuus, cujus laudes canit intima cum SNORRONE STURLÆO amicitia, pro quo in Comitiiis Universalibus anni 1231. & sæpius Legisferi officio functus est; eruditionem autem summam VITA OLAI SANCTI Norvegiæ Regis, qualem CODEX FLATEYENSIS eam exhibet, abunde demonstravit (Vid. & FINNI JOHANNÆI *Hist. Eccl. Island.* loc. cit. pag. 213.

Post Styrmerem huic libro emendando & supplendo manus admovit maximi nominis historicus STURLA THORDDI filius



*filius* (pag. 378), **S NORRONIS STURLAEI** ex fratre nepos & discipulus, de cuius vita & scriptis magna multaque in viri laudem dici possent; cum vero horum summa capita pro suo scopo pridem indicaverit **F. JOHANNAEUS**, (loc. cit. pag. 210), eo lectorem, brevitati litanti, ablegare fas esto.


Tandem ultimam libro limam attulit suae aetatis in Islandia longe eruditissimus **HAUKUS ERLENDI** filius, qui ex **STYRMERIS** & **STURLAE** scriptis opus, quale nunc existit, concinnavit (pag. 378). Floruit autem **HAUKUS** seculo decimo tertio exeunte, nam fide **ANNALIUM REGIORUM** anno 1294, & saepius exinde, Legisferi in patria officium gessit, anno vero 1334 obiit. Vid. **FINNI JOHANNAEI Hist. Eccl. Isl. Tom. I. pag. 589.** Unde & simul patet, hunc **DE ORIGINIBUS ISLANDIAE LIBRUM** seculo duodecimo ineunte primum conscriptum, seculo vero sequente ulteriori cura & lima perpolitum & ad umbilicum perductum esse.

Ut igitur liber plures habuit autores, ita nec mirum, exemplaria ejusdem magnopere a se invicem discrepare, de qua diversitate vir de historia Islandica meritissimus **BIÖRN DE SKARDSA**, qui initio seculi praecedentis vixit, commentatus esse perhibetur, quam tamen commentationem vidisse mihi non contigit.



contigit. Quæ autem in instructissima Bibliotheca MAGNAEANA existunt libri exemplaria MSS., ad tres classes referri possunt, quibus quarta, si lubet, adnumeranda venit, quæ ex duabus primo loco nominandis conflata esse videtur.

Prima harum classium LANDNAMA sive LIBER ABORIGINUM proprie, vulgo appellatur, quæ ceterorum ordinem non ubivis servat, nec tot aborigines, nec posteriorum seriem in tantum, ac reliquæ, pertexit. Ita hujus classis exemplaria ERICUM prius quam VEKELEM (pag. 209 sq.) recensent, & HERIOLOFO (pag. 327) prorsus omisso, pauca tantum de filio ejus ORMO post DUFTHAKUM (pag. 338) adferunt. Nomen THORFINNI Abbatis (pagg. 141. 151), BRANDI Prioris (pag. 106) FLEINIS Poëtæ (pag. 322) & MÖRDI (pag. 331) laudes; mentio SIGARIS & HAGBARDI (pag. 256); Leges ULFLIOTIANAE (pag. 299. sqq.) & HARALLDIANAE de occupatione terræ (pagg. 307. 321. sq.); descriptio ultimæ contra GUNNAREM de HLIDAREN DIO expeditionis (pag. 340); expeditio & carmen THORSTEINIS TIADLLSTAEDINGI adhuc infantis (pag. 342 sq.); ut & articuli KOLBEINN (pag. 69) HERIOLOFUS (pag. 377). hic frustra quæeruntur.  
Maxima



*Maxima autem in genealogiis se offert differentia, cum hæc classis multas illarum, aut mancas tantum (pag. 78. fq. 147. fq.) adferat, (quas reliqua exemplaria ad posteriora tempora ulterius persequuntur), aut prorsus omittat (pagg. 63. 73. 106. 127 fq. 140. 206. 231. 234. 239. 259 fq. 266. 345). Genealogia præsertim HAUKIANA, quod nec mirum, hic ubivis desideratur, ut & Comitum GISSURIS, cum tamen genealogiæ STURLUNGORUM & ODDENSIUM quavis data occasione pertexantur; Unde probabiliter concludi potest, hujus classis libros STURLAM POLYHISTOREM autorem agnoscere, quod ulterius eo comprobatur, quod recens autorum hujus scripti ab HAUKO (pag. 378) adjectus, hic non occurrat. Hujus classis exemplar MS. in Bibliotheca Legati MAGNAEANI No. 107. in Folio unicum exstat, manu JONAE ERLANDINI Pastoris VILLINGAHOLTENSIS, qui Episcopo SKALHOLTENSI nominatissimo BRYNJULFO SVENONIO a codicibus antiquis exscribendis fuit, & anno 1672 obiit, exscriptum ex codice quodam, ut videtur, lacero & manco, nam præter minores lacunas, nec non eam quæ hic pag. 323. occurrit, in exscripto ERLANDINO inde a pag. hujus editionis 38. usque ad 51. nihil unquam exstitit. Hoc exemplar No. 107. ubi infra allegatur, titulo 7. brevitatis ergo venit; ubi autem alia exemplaria LANDNAMAM, sive exemplaria hujus classis, in margine laudant, ibi LANDNAMAE tantum nomine usus sum.*

b

*Altera*





*Altera exemplarium hujus libri classis communiter HAUKS-  
BÓK, sive CODEX HAUKIANUS, ab autore, qui illi ultimam  
manum imposuit, ut conceptis verbis ipse Codex (pag. 378)  
docet, appellatur. Quantum hæc classis a priori differat, partim  
mox est indicatum, partim lectiones variantes, ex utrisque collectæ,  
monstrant. Hujus autem, quam describo, classis, duo, inter  
MSS. MAGNAEANA, exemplaria existunt, alterum membra-  
neum No. 371. in Quarto, seculo, ut videtur, decimo-quarto  
scriptum, sed. cujus quatuordecim tantummodo folia adhuc super-  
sunt. Hæc membrana, cujus lectiones variantes per M indicavi,  
ab editoribus KRISTNISAGAE pridem descripta est, scriptionis  
autem specimen ari incisum L. B. hic exhibetur. Medio seculi  
præcedentis hæc membrana adhuc integra fuit (præter quam quod  
pag. 110 ad 121. jam tum desuisse videatur), eamque supra  
laudatus ERLANDINUS exscripsit, quod apographum foruli  
MAGNAEANI No. 105. Fol. integrum asservant, cujus diversi-  
tates inter lectiones variantes annotatas 5, vel etiam, ubi plura  
exemplaria in margine, ut assolent, Codicem HAUKIANUM  
allegant, HAUKSBÓK appellavi.*

*Tertia classis MELABÓK, sive CODEX MELENSIS  
merito appellari potest, cum ad MARCUM, optimatem (qui  
prædium MELOS incoluit, & celeberr. SNORRONIS STURLAEI  
confo-*



*consobrinus (pag. 298. 305), & hujus filiorum JONAE & URAEKIAE fidus ACHATES erat), MARCI quoque filium, uxorem & nurum, genealogias jugiter pertexat. Codex ille, qualis nunc in NN. 106 & 112. in Fol. Bibliothecæ MAGNAEANAЕ habetur, HAUKIANUM nuper descriptum ut plurimum sequitur, multa tamen addit, quæ, præter compendium quoddam VITAE VIGA-GLUMI, tam mendose conceptum, ut vix ac ne vix quidem intelligi queat, quod tamen, si ista VITA typis iterum evulganda foret, conferri meretur, inter lectiones variantes suis locis adtuli. Ordo hic in eo a reliquis differt, quod partes libri alias prima & quinta, in codice MELENSI conjunctæ, partem primam constituent, (pag. 18. sq.); quod tamen ab initio ita non obtinuit, sed ab exscriptore quodam sui (pag. 376) oblito factum esse patet. Exemplar hujus classis No. 106. supra allegatum (quod inter variantes 6, illud vero No. 112, 12. appello) manum viri suo seculo doctissimi THORDI JONAEI adhuc junioris, qui ab anno 1634 ad 1670 Pastor HYTARDALENSIS fuit, refert, cujus vestigia, quin & menda, presso pede sequitur fragmentum 112, paucis foliis constans, manu HELGII GRIMI filii, ab anno 1652 ad 1691 Pastoris HUSAFELLENSIS, viri in monumentis antiquis exscribendis diligentiae haud vulgaris. Quorum tamen virorum doctrina & accuratio non obstat, quo minus multa, in*



nomini- bus præsertim propriis, menda irrepperint; Sunt tamen hic relationes, quæ frustra alibi quærentur, sunt & quædam, quæ quamvis contextus manifeste requirat, in omnibus reliquis LIBRI ORIGINUM ISLANDIAE exemplaribus desiderata (ex. gr. pag. 59.), hinc peti possunt. Et ut S. Vener. THORLACIUS, dum librum originum Islandiæ anno 1688 publici juris fecit, nullum hujus classis exemplar ad manum habuisse videtur, ita, lex allegatis celeberr. ARNGRIMI JONAE & BIÖRNIS de SKARÐSA, inducor ut credam, illos talia exemplaria habuisse, & VATNSHYRNAM, a prædio VATNSHORN, ubi codex forte inventus est vel asservabatur, appellavisse.

His tribus exemplarium classibus quarta, ex binis prioribus, LANDNAMA scilicet & HAUKSBOK, conflata, addi potest, quæ jam hanc, jam illam sequitur, auctoritatibus tamen in plurimis exemplaribus margini adnotatis. Hæc classis MIXTA vel ECLECTICA dici posset, & ad hanc, præter editionem SKALHOLTENSEM, (quam IMPR. appello), exemplaria MSS. Bibliothecæ Legati MAGNAEANI NN. 104. 108. 109. 110 & 111. in Folio, (quæ in lectionibus variantibus per 4. 8. 9. 10 & 11. denotantur), nec non utrumque MStum Archivi Antiquitatum HOLMIENSIS, referenda sunt. Horum N. 104. manu



manu ASGEIRIS JONAEI, qui celeberr. TORFAEO a manibus fuit, reliqua omnia nitore & cura superat. No. 108. bonæ quidem notæ, sed priori non comparandum, medio seculi proxime præterlapsi scriptum esse videtur. No. 109. manu JONAE GISSURII, BRYNJULFI SVENONII fratris uterini, nati anno 1590, exaratum est. Ille postquam in artibus mechanicis & lingua Germanica haud pœnitendos peregre fecerat profectus, Nupi in DIRAFIORDO consenuit, & multum libris, monumentis præsertim antiquis, exscribendis laborem impendit. No. 110. omnibus prædictis exemplaribus postponendum esse videtur; menda tamen huic cum editione SKALHOLTENSI communia, & utriusque consensus fere perpetuus, illud editoris usibus inserviisse innuunt. No. 111. est mendosum & jejunum libri originum Islandiæ compendium, in quo omnes genealogiæ & multa alia desiderantur. Hoc tamen exemplar, & omnia jam memorata exscripta, ante annum 1688, quo iste liber SKALHOLTI prodiit, scripta sunt, quæ ideo, dum nova parabatur editio, conferri merebantur.


In Bibliotheca Archivi Antiquitatum HOLMIENSIS duo hujus libri apographa existunt, quorum unum est alterius exscriptum. Prius inter libros Islandicos chartaceos in forma octava No. 3. scriptum est ESIUBERGI in Islandia, anno 1673,



Et cum exemplari Bibliothecæ MAGNAEANAЕ No. 108. in Fol. maximam partem convenit, nisi quod notas marginales, frivolas sæpe, quin Et interdum falsas, textui inserat, Et plura hic quam in No. 108. Deprehendantur menda. Hoc exemplar ESIUBERGENSE JONAS WIGFUSI anno 1688 solita, id est, haud satis exacta cura exscripsit, librum in sex partes, quarum ultima post relationem de BIARNO HUSLANGO incipit (pag. 383), Et quinque partes priores in capita, divisit, ita ut pars prima 40, secunda 124, tertia 103, quarta 72, quinta 70 capita contineat; Utrique exemplari genealogia SVERRERIS Norvegiæ Regis ab ADAMO PROTOPLASTE deducta subnectitur, quæ tamen pro parte libri non est habenda.

MANTISSA (pag. 381 sqq.), quamvis nec HAUKUM, nec, ut videtur, ullum ex pridem nominatis alium, libri originum Islandiæ scriptorem, autorem agnoscat, est tamen monumentum haud infimæ antiquitatis, quod varias res lectu dignas continet, Et cum nullibi alias, quam ad hujus libri calcem, Et quidem in folis quartæ classis exemplaribus (excepto tamen N. III.) occurrat, locum, quem hic occupat, ei concedere non dubitavi.

Restat jam, ut quo consilio hæc editio facta sit, tribus tantum verbis indicetur. TEXTUS ex supra laudato exemplari No.



No. 104. exscriptus est, editione simul SKALHOLTENSI, (utpote quæ secundum quinque MSS., quæ tunc ad manum erant, invicem collata, adornata est) ubivis accurate collata. Ex reliquis autem supra laudatis Bibliothecæ MAGNAEANAË MSS. uno membraneo, & octo chartaceis, nec non ARNGRIMI JONAEI Specimine Historico de Islandia, (cujus differentiae per A. indicantur), lectiones variantes congestæ sunt. Ubi autem plurimum exemplarium communis consensus laudatum No. 104. erroris convincebat, illud deferere non dubitavi, ita tamen, ut nihil unquam propria conjectura, nihil cujus auctoritatem in margine non notaverim, substituere sustinuerim.

Erat mihi ab initio mens, librum, aut solummodo secundum exemplaria primæ, aut secundæ classis edere; sed cum unicum saltem, & præterea mendosum ac mancum utriusvis exscriptum adesset; cumque, utrumlibet illorum ad textum constituendum eligeretur, discrepantias ad duplam libri molem accrescere præviderem, ab isto proposito desistendum erat.

Cuius hunc librum legenti glossas & annotationes librorum in textum subinde irrepsisse patet. Has everrere, & inter lectiones variantes in margine collocare, ab initio fategi; sed cum nullum seculo præcedenti antiquius exemplar, quod constanter  
sequi



sequi licuit, præsto esset, & tantus exemplarium, etiam in glossis aperte textui intrusis (ex. gr. pag. 331), obuius fit consensus, huic quoque emendationi supersedere coactus sum.

Sunt & adhuc quidem in hoc libro loca, quæ vel cum reliquis Islandorum historiis, vel etiam aliis hujus ipsius libri relationibus consistere nequeunt, quæ in causa sunt sola menda librariorum, omnibus quæ ad manus habui exemplaribus communia; hæc emendare, conciliare, & originem ac occasionem errorum investigare interdum erat facile, sed interdum etiam tantum non impossibile; quamdiu scilicet plurimæ Islandorum historię nondum sunt editæ, cum rara sint exemplaria MSS. quibus talis emendatio & conciliatio tuto superstrui possit. Sed illa hujus libri loca, quæ adhuc dum in mendo cubant, veritati historicæ non multum nocent, nam nec adeo multa sunt, nec magni momenti, & propediem, quod Delegatorum monumentis ad antiquitates septentrionales pertinentibus evulgandis constitutorum labores & merita sperare jubent, ubi fideles reliquarum historiarum editiones prodierint, huic malo medela facile procurabitur.

ORTHOGRAPHIAM secundum codicem pergamenum exhibere institueram, sed tam parum hujus supererat, & apographum ERLANDINI, quantum ad orthographiam pertinet, tam vitiose descriptum,



Descriptum, ut hoc propositum missum facere necessum esset; secutus igitur sum quam maxime exemplar N. 104. ita tamen, ut P, in medio vocis, per d, & z, per ff. ft. ts. ds. ns. & s, prout ratio soni & sensus ferebat, expresserim, & accentus vocalibus longis, quo ambiguitas declinaretur, apposuerim; Recte quoque me fecisse existimavero, si orthographiam hujus exemplaris, sibi magis constantem, retinuissem, quod tamen consulto non feci, gratum quippe peregrinis fore ratus, si minutas quasdam variationes orthographicas, bonorum exemplarium auctoritate utrinque comprobatas, ex. gr. son & sun, varo, voro & voru &c. hic deprehendere & invicem comparare possent.

INTERPRETATIONEM ad verbum fere institui, quo facilius exteris ipsius textus, non sensus tantum, sed & genius ac idiotismi perspicerentur. Hac prima mihi cura, nam stylo saepe verso, ea, quæ Latini erant idiomatis, litura expunxit, voces autem Latinas Islandice constructas iterum substitui; Non quod Romani sermonis lepores & melleam Latii suavam fastidiam, sed quod hic magis referre putavi exteris uno velut oculo textum, altero versionem intuentibus, loquendi modos & idiotismos Islandicos patere, quam his posthabitis comitiore, ast minus fideli, stylo delectari. Carmina quæ hic occurrunt, quamvis verbum fere verbo reddiderim, ad calcem tamen operis paulo uberius enucleavi, quo  
c  
artifi.





*artificium talis poëseos secundum regulas artis perspiceretur, quo  
& simul, ea, quæ post versionem typis mandatam vel ipse  
melius perspexi, vel eruditi, quos consului, benigne mihi suggeste-  
runt, subnectendi occasionem nactus sum.*

INDICES PERSONARUM & LOCORUM fusiores ador-  
navi, eo quod maxima hujus operis pars circa genealogias aborigi-  
num terræ, & territoria, a quovis horum occupata versetur. & contra  
INDEX RERUM tanto est contractior, & index vocum etiam in  
libro hujus indolis non potest esse prolixus, ubi a principio ad  
finem una eademque actio, a diversis tantum personis peracta,  
describitur. Res tamen, ad instituta & mores veterum septentriona-  
lium spectantes, quæ exstantissimæ visæ sunt, paucissimis indigi-  
tavi; eodemque consilio vir de studio philologico linguarum  
septentrionalium optime dudum meritus, & plus adhuc meriturus  
Dn. JOHANNES OLAVIUS HYPNON. indicem vocum  
rarissimarum collegit, quo ut me, tunc absentem, magnopere devinxit,  
ita a Lectoribus, quod certe auguror, magnas promeruit grates.

MENDA, proh dolor, plura, quam fas est, in hanc editio-  
nem irrepperunt. Quæ ego librum relegens offendi, hæc sunt, &  
ita restituenda:



- Pag. 10. sq. *foldurii rectius forii* appellantur.
- - 54. lin. penult. Hörðar, lege: Hardar.
  - - 91. lin. 5. *Einarsfundo*, lege: *Seliasfundo*.
  - - 93. lin. 15. *perieris*, lege: *abieris*.
  - - 104. lin. 7. Mínar, lege: Mína.
  - - 107. lin. 7. adde: *sororem Helgii Macri*.
  - - 187. lin. 1. *ad terram appulis*, lege: *imperium caposivis*.
  - - - lin. 16. nád, lege: nádo.
  - - 188. lin. 3. not. Aa, lege: At.
  - - 189. lin. 6. Ambáttarfun, lege: fun ambáttar.
  - - 195. lin. 4. umfúúast, lege: umfúúast.
  - - - lin. 18 *Szigamadus*, adde: (*lasro*).
  - - 196. lin. 3. not. Þrettátíngi, lege: Þrettántíngi.
  - - 204. lin. ult. Mánafúfa, lege: Mánafúfo.
  - - 208. lin. 6. Svartárdal, lege: Svartárdal.
  - - 238. lin. 6. folin, lege: follin.
  - - 251. lin. 2. oe, lege: oc.
  - - 257. lin. 4. födur, lege: fader.
  - - - lin. 5. *parris*, lege: *pater*.
  - - 263. lin. ult. not. adde: Hallberu er átti Marcús Þórdarson á Melnum. add. 6.
  - - *ibid.* *Hallberæ uxoris Marci Tbordi filii de Melis*.
  - - 266. lin. 5. födur, lege: fader.
  - - 268. lin. 1. *frarris*, lege: *fili*.
  - - 281. lin. 15. *duplo*, lege: *triplo*.
  - - - lin. 18. Ketell, lege: K.tel.
  - - 282. lin. 11. Gumle, lege: Gamle.
  - - 299. lin. 20. *omnia comitia legalia*, lege: *omnes conventus forenses, quibus ipse praeffet*.
  - - 361. lin. 9. *resquas*, lege: *resqua*.
  - - 377. lin. 10. *monstrum marinum*, lege: *fluctus deemanos*.

*Hæc, & quæ plura forsan deliqui, ut B. L. in meliorem partem vertat, rogo. Cætera ille mecum debet Illustrissimo S. R. M. Parastatæ Clavigero PETRO FRIDERICO SUHM,*



*qui non solum omnes editioni sumtus impendit, sed &, præter plurima alia beneficia in me collata; lautum, dum editio parabatur, stipendium mihi numeravit, & singulas denique plagulas, antequam prelo mandarentur, relegit. Scribebam Hafniæ Cal. Aprilis Anni MDCCLXXIV.*

JOHANNES FINNAEUS.



LAND-

Ex Membrana in 4<sup>o</sup> N<sup>o</sup> 371.

Leg: A. Magnæi in Bibl. Un Havn:

Grumr. h. in ingalls. s. hrollz. s. ca. haddingra dal brod' ala hysth' poe' t' istar' itdalet' y  
ligto' þ' noedan' to' h' var' v' vetrin' gins' ey' a' steingins' þ' ligdis' h' kona' h' en' þoz' s'  
gnur' rer' t' þuka' v' vetrin' m; þeatv' smu' 4; s' h' var' m; h'm' y' e' f'v'v'm' tok' at' kala' þa'  
þorðu' þ' h' i' solbelg' y' degg' at' hal' s'm' g'm' doo' margmell' t' m' segðu' oss' ævi' v'ara'  
y' langt' v'ella' k'er' þu' e' he'i' enga' vardar' y'dz' at' v'ra' aðe'a' en' f'veim' i' selbo' g'm' þ' at'  
þu' man' d'au'de' aðe' var' koi' en' f'on' þ' m' þ'ar' þ'jo'a' y' to' n'æ' l'e' skalm' mer' þ' m' legz' v'nd'  
k'þ'v' en' s'ðar' v' vetrin' andadr' g'm' y' e' þ'ar' þ'ey'ge' þ'aw' h'g'dis' y' þ'oz' þ' v' v'ar'te' o'z' g'm'  
ey' v'etr' y' þ' heidi' t' b'enda' þ'ardar' skalm' geck' þ'alt' s'omarit' y' lagðiz' all'v'eg'  
an'an' v'etr' v' þ'aw' a' skalm'ar' n'efi' i' b'enda' þ' en' op' s'omarit' e'gt' l'iv' þ'aw' s'ðe' þ'aw' geck'  
skalm' þ' þ' t' e' þ'aw' k'ov' ap' heid'v' f'ode' t' boz'g' þ' þ'ar' s'e' sandm'el'ar' .ij. ra'v'ðir' v' þ' lagðiz'  
skalm' m'ide' v'nd' k'þ'v' v'nd' h'm'v' y'ra' m'el'v' þ'ar' n'æ' þ'oz' to' þ' f'v'ian' g'm'þ'pa' t' k'alt' ar'  
þ'nedan' knappa' dal' y' laxar' alt' nulli' þ'ualt' y' þ'v'oz' h' bio' at' y'ra' ra'vða' m'el' þ'aw'  
þ'er' g'm'ualt' y' b'ind' e' h' k'ov' s'ð' v' kv'etld' y' la' at' m' rer' v'can' i' k'alt'ðar' ar' oss' ai'ar' v'  
nockva' unkill' y' ull'ig' y' geck' þ' a' to' v'p' t' bear' þ' e' i' r'ip' h' y' g'rop' þ' i' st'od'v'ls' l'idi'  
en' v' not'na' k'ð' þ'ar' v'p' i'ar' s'elld' y' b'ian' ra'v' þ'ar' t' b'orn' l'e' n'v' e' bo'g'm' s' sel' þ'oz'  
v' þ' þ'ar' e' at' i' v'p'ði' d' t'ongv' o'dz' d' þ'v'm' v' þ'v'ðe' e' at' i' þ'brande' i' al'þ'ca' þ' þ'v' sel' þ'oz'  
þ'v'v'ðe' h'm' heid'v' do' i' þ'oz'v' h'oz'g' f'ig'ls' y' þ'kell' s' þ'v'm' at'v' b'ad'ir' v'ni' d' al'þ'v'ðo'v'  
**R**oltem' klack'þ'v'ði' at' la' s'v' æ' ac'le'þ'v' ap' þ'v'ðo' ~~~~~ skalm' do' i' skalm'ar' k'elldo'



---

---

LANDNÁMABÓK  
ÍSLENDINGA.

ÞETTA ER PROLOGUS FY-  
RI BÓK ÞESSI.

**I** alldafars bók þeirri er Beda prestur heilagur gordi (a) er getit eylands þess er Thyle heiter, oc á bókum er sagt at liggi sex dægra sigling í nordur frá Bretlandi. Þar sagdi hann eigi koma dag á vetur, oc eigi nótt á sumar, þá er dagr er sem lengstr; til þess ætla vitrer menn þat haft, at Ísland se Thyle kallar, at þat er víða á landino, at sól skín á nætor þá dagr er sem lengstr, enn þat er víða at sól ser eigi um daga þá nótt er lengst.

A

Enn

Beda

LIBER DE  
OCCUPATIONE  
ISLANDIÆ.

HIC EST LIBRI  
PROLOGUS.

**I**n chronico quod Sanctus Beda sacerdos (a) scripsit, mentio fit insule quæ Thyle appellatur, & juxta libros sex nycthemeriorum navigatione à Britannia septentrionem versus distare perhibetur. Ibi diem, durante bruma, & noctem, æstate ubi dies est longissimus, non contingere retulit. Hæ igitur fuere peritis viris rationes, Islandiam Thylum appellari, cum in multis terræ (istius) locis, sol, cum dies longissimus est, pernox splendeat, multis quoque in locis sol interdiu non conspicitur, dum nox longissima est.

---

(a) um landa skipan í heiminum add. impress. & II.

(a) de constitutione mundi regionum.



Enn Beda prestur andaðist síau hundrudum þriátýge oc fimm árum epter holldgan vors Herra Jesu Christi, at því er ritat er, meir enn hundradi ára fyrr enn Ísland bygdist af Nordmönnum (b).

Enn áður Ísland bygdist af Nordmönnum varo þar þeir menn er Nordmenn kalla Papa, þeir varo menn kristner, oc hyggia menn þeir hafi verit vestan um haf, þvíat fundust epter þeim bækor írskar, biöllor oc baglar, oc enn fleiri lutir, þeir et þat mátti skilea, at þeir varo Vestmenn, þat fannst í Papey austur oc í Papyli, er oc þess getit í bókum Enskum, at í þann tíma var farit millum landanna.

*Beda vero sacerdos obiit, anno à nativitate Domini nostri Jesu Christi septingentesimo tricesimo quinto (b), ut scriptum invenitur, plus quam centum annis ante Islandiam à Norvegis inhabitatam.*

*Sed antequam Islandia à Norvegis inhabitaretur, ibi homines fuerunt quos Norvegi Papas vocant, qui religionem christianam profitebantur, & ab occidente per mare advenisse creduntur, ab iis enim relictí libri Hibernici, nolæ & litui & res adhuc plures reperiabantur, quæ indicare videbantur illos Vestmannos fuisse. Hæc inventa sunt in Papeya orientalium & Papyli; libri quoque Anglici, tunc temporis navigationes inter terras (istas) increbuisse, perbibent.*

(b) at því er ritat er. Meir enn hundrad árum fyrr enn Ísland bygdist af Nordmönnum, varo þar þeir menn er Nordmenn kalla Papa. 4. 9. 10. *sed menda-*  
*sa est verborum interpunctio.*

(b) *ut scriptum invenitur. Plus quam centum annis ante Islandiam à Norvegis inhabitatam, ibi homines fuerunt quos Norvegi Papas appellant.*



HER HEFER  
LANDNÁMABÓK  
ÍSLANDS BYGDAR.  
**FYRSTI PARTR**  
SEGER FRÁ ALMENNELEGRI  
BYGGING LANDSINS.

I. CAPIT.

**A** þeim tíma sem Ísland fannst oc byggdist af Norvegi, var Adrianus Pávi í Róma oc Johannes sá er hinn Fimti var med því nafne epter hann í postulegu læti. Enn Hlödver Hlödverffun Keyfari fyrri nordan feall, enn Léo oc Alexander sun hanns yfir Miklagardi. Þá var Haralldr hinn Hárfagri Kóngr yfer Norvegi, enn Eiríkr Eymundarsun yfer Svíþeód oc Beörn sun hanns; enn Gormr hinn Gamli (a) at Danmörku, Elfrádr hinn Ríki  
A 2                      í Eng-

HIC INCIPT  
LIBER DE OCCUPATIONE  
ISLANDIÆ INHABITANDÆ.  
**PARS PRIMA**  
DE GENERALI TERRÆ  
INHABITATIONE PERHIBET.

CAP. I.

**Q**uo tempore Islandia primum à Norvegis inveniebatur & inhabitabatur, Adrianus Pontifex Romanus & Johannes ejus nominis Quintus, ei succedens, cathedram tenere Apostolicam. Sed Ludovicus Ludovici filius erat Imperator transalpinus, Leo autem ejusque filius Alexander Constantinopolitani. Tunc Haraldus Pulchricomus in Norvegia, sed Ericus Eymundi filius, ejusque filius Biörn, in Suecia, & Gormus Grandævus (a) in Dania regnare. Alfredus Potens, ejus-

(a) fimtugasti oc áttundi Kóngr. 6. 12.

(a) quinquagesimus & octavus Rex.



í Englandi oc Játvarðr sun hanns, enn Kiarvalr at Dyflinni á Írlandi. Sigurðr Jarl hinn Ríki at Orkneyum (b).

*ejusque filius Edvardus in Anglia, Kearvalus Dublini in Hibernia & Sigurdus Potens Comes in Orcadibus (b) regnabant.*

Sva segia vitrer menn, at ór Norege frá Stadi se siau dægra sigling í vestur til Horns á austanverdu Íslandi. Enn frá Snæfellsnesi fiöggra dægra sigling til Hvarfs á Grænlandi í vestur þar skemst er. Af (c) Húsum í Noregi skal sigla jamnan í vestur til Hvarfs á Grænlandi, ok er þá siglt fyrir nordan Healltland sva at seór er í mideom hlídom, oc þá at eins se þat, at algód se fævarfýn, enn fyrir sunnan Færeyar sva at seór er í mideom hlídom, enn sva for sunnan Ísland, at þeir thafe af fugl oc hval (d). Frá Reyknesi á sunnanverdu Íslandi

*Viri periti asserunt è Norvegia de Stadis septem nyctemeriorum ad Horn in orientali Islandia occidentem versus navigationem esse; sed à Snæfellsneso occidentem versus quatuor nyctemeriorum ad Hvarf in Grönlandia navigationem, ubi distantia est minima. Ab (c) Husis in Norvegia navigatio semper occidentem versus ad Hvarf Grönlandiæ instituenta est, & quidem à septentrione Hitlandiæ, ita ut de mari superior tantum pars montium conspiciatur, & hoc tamen si nihil prospectum de mari impediatur; sed à meridie Færöarum ita ut superior tantum montium pars è mari eminent videatur, & ita quoque à meridie Islandiæ, ut aves (maritimas) & cetos conspiciant (d).*

A

(b) oc Katanesi, sun Eysteins Glumru, oc Torf Einar bróður sun hanns *add.* 6. 12. *margin.* bróðer Rögnvalds Mæra Jarls *add. impr.* 6. 11.

(b) *Es Kataneso, filius Eysteinis Glumræ & Torf-Einar ejus ex fratre nepos. al. frater Rögnvaldi Comitis de Mære.*

(c) Húsum 4. 6. 9. 12. Húsum 8. 10. Biörgvin 5.

(c) Vi vocis: *adificiis. al. Bergis.*

(d) þat er tylft fyrri sunnan Ísland. *impr.* 7. 11. *additur.*

(d) *sive duodecim (milliaribus) à meridie Islandiæ.*

landi er (e) þriggja dægra haf til Jölldulaups á Írlandi, í sudur. Enn frá Lánganefi á nordanverdu Íslandi er fiöggra dægra figling til Svalbarda norður í Hafsbotna (f), enn dægurfigling er til úbygda í Grænlandi ór Kolbeinsey norður.

Sva er sagt at menn skyldo fara af Noregi til Færeya, nefna fumer til (g) Naddodd víking (h) enn þá rak vestur í haf, oc fundo þeir land mikit, oc gengo upp í Auðfördum á feall eitt hátt, oc sfaust um vída, ef þeir fæo reyki edur nokkur líkendi til þefs at landit væri

A 3

bygt

*A Reykaneſo in Islandia meridionali eſt (e) triam nycthemeriorum navigatio meridiem verſus ad Jöllduhlaup in Hibernia; ſed à Langaneſo in ſeptentrionali Islandia eſt quatuor nycthemeriorum navigatio ſeptentrionem verſus ad Svalbardum in Hafsbotnis (f). Unius nycthemerii navigatio ſeptentrionem verſus eſt ad deſerta Grönlandiæ à Kolbeinſeya.*

*Iter è Norvegia ad Færeyas inſtitutum fuiſſe perhibetur, princeps itineris à nonnullis nominatur Naddoddus pirata (h), qui occidentem verſus per mare delatus terram magnam offendit, ubi in orientali parte appellens, montem quendam altum aſcendit, circumquaque obſervans, num fumos aut alia terræ habitatae ſigna conſpiceret,*

(e) fiöggra. 10. marg. ſimm. 5. 11. átta. impr. ex emendatione Edizoris.

(f) Þeſſir hafsbotnar ero fyrir auſton Greipar á Grænlandi oc ero alldre íſlaufir. add. impr. 8. 11.

(g) Naddoc. A.

(h) Bródur Yxnaþóris, mág Ölvis Barnakals, hann var víkingr mikill. Af því ſtaðfeſtiſt hann í Færeyum at hann átti hvergi annarſtaðar vel fridt. Hann fór ór Noregi ok villdi til eyanna oc vard ſæhafi til þefs er fyrer hönom vard land mikit. impr. 7. addunt. Sed 7. præterea Gardari primam Islandia inventionem aſtribuit.

(e) al. quatuor, al. quinque, al. octo.

(f) Hafsbotni iſti ſunt ab oriente Greiparum in Grönlandia, ubi glacies eſt perpetua.

(h) frater Yxnaþoreris, affinis Ölveris Barnakarlis, is strenuam piraticæ operam navavit, ideo Fæðas ſibi habitaculum elegit, quod nullibi alias erat ſecurus. Hic Norvegiæ ſolvens, inſulas iſtas petiit, ſed mari diu jaçtabatur, usque dum terram magnam offendit.

byggt, oc feá þeir þat ekki. Þeir fóru um haustit aptur til Færeya, oc er þeir sigldo af landino, fell snær mikill á feöll, oc fyrir þat köllodo þeir landit Snæland, þeir lofudu miöc landit. Þar heitir nú Reidarfeall í Austfiordom er þeir höfdo atkomit; sva sagdi Sæmundr prestur hinn Fródi.

Madr het Gardar sun (*i*) Svafars ens Sænka. Hann átti jarder í Seálandi, enn var fæddr í Svíþjóð, hann fór til Sudureya at heimtra födurarf kono finnar. Enn er hann siglde í gegnom Petlandsfeörd, þá sleit hann undan vedur, oc rak hann vestur í haf. Hann kom at landi for austan Horn et eystra at tilvísan módor finnar framfýnnar; þar var þá höfn (*k*). Gardar sigldi umhverfis landit, oc vissi af því at þat var eyland. Hann kom á feörd þann er hann kalladi Skeálfanda, þar geördi hann hús oc kalladi Húfavík oc var þar um veturin (*l*). Um vorit er hann var búin til hafs, sleit

*ceret, sed frustra. Eodem autumno cum sociis Færeyas repetiit, sed cum vela ventis darent, magna nivis copia in montes decidat unde terram Snælandiam (terram nivisam) appellarunt, eamque magnopere laudabant. Locus ubi appellebant hodie Reidarfeall in orientali parte (Islandiæ) appellatur, ita rettulit sacerdos Sæmundus Polyhistor.*

*Vir erat nomine Gardar filius Svafaris Sveci. Is in Svecia natus, in Sialandia prædia possidebat, & ut paternam uxori suæ competentem hæreditatem postulareret, Hebrides petiit. Sinum autem Petlandicum prætervektus, occidentem versus in oceanum tempestate delatus fuit. Ab oriente Horn, quod in orientali Islandia est, monitu matris suæ præfagæ appulit, ibi tunc portus erat (*k*). Gardar terram circumnavigavit, & inde insulam esse comperiebatur. In finnum, cui nomen imposuit Skidalfandi, pervenit, ibi ædes exstruxit, in quibus hyemem transegit, & loco nomen Húfavík (suus ædium) imposuit (*l*). Vere cum è portu*

(*i*) Æfars *A*. (*k*) gód. *add. impr. II*.

(*l*) oc skaut háci, þar gekk á Náttfari, þræll hanns oc ambátt, þá flitnadi festin, oc bar þau at landi for vestan feörðin fyrir

(*k*) *bonus*.

(*l*) *cymbam demisit, cui se concedidere Náttfarius, ejusque servus & ancilla, sed fune, quo cymba navis alligabatur, disrupto, ad terram*

fléit frá hönom mann á báti, er Náttfari het, oc þræl oc ambátt hans, hann bygdi þar síðan fem nú heita Náttfaravíkur. Gardar fór þá til Noregs oc lofadi miðc landit, hann var fader Una, födurs Hróars Túngugoda. Epter þat var landit kallat Gardarshólmr, var þá skógr midlom fealls oc feöro.

*portu erat soluturus, cymba de navi ejus depellebatur, in qua vir erat nomine Náttfarius, una cum ejus servo & ancilla. Hic in loco hodie Náttfaravíkur appellato, postea habitavit. Gardar tunc Norvegiam repetiit & terram magnopere laudavit, is pater erat Unii, patris Hróaris Prætoris Tungensis. Postea terra ista Gardarsholmus appellata fuit, tuncque sylva, à mari ad jugà usque montium, obtegebatur.*

## II. CAP. (a).

Flóki (b) Vilgerðarfun het víkingr mikill, hann beóft af Rogalande at leita (c) Gardarshólma. Þeir láo í Smiörfundu, hann fekk at blóti miklo, oc blótadi rafna þreá þá er hanom skylldo leid vífa, þviat þá höfdo haflingarmenn eng-er leidarstein í þann tíma á nordurlöndom (d). Þeir lódo þar varda er blótit hafdi

## CAP. II.

*Flokius filius (b) Vilgerðæ nomen erat piratæ celebri, ille de Rogalandia ad Gardarsholmum quærendum iter paravit. Navis tum erat in sinu Smiörfundo, ille vero magnum celebravit sacrificium, & tres devovit corvos itineris duces futuros, nondum enim in septentrione magnes nautis erat in usu. Struem lapideam in loco sacrificii extruebant, ei-que*

fyrir utan Skuggabæðrg, enn Gardar kom ödrumegin ferdarins oc lægdi þar at landi, var þar um veturin, oc gordi ser þar hús, þvi heiter þar Húfavík. Náttfari var epter med þræl sinn oc ambátt, og bygdi &c. impr. 7.

(a) *Hoc caput est secundum Hauksbók.*

(b) Valdgardssun. 6. 12. (c) Sniólands. 4. 5. 12.

(d) *Præcedentia omittunt* 4. 5. 11.

*zerram ab occidente sinús extra Skuggabæðrg delati sunt, est Gardar ex altera sinus parte ad terram appulit, ibique hyllem domo (prius) extructa, transegit, inde nomen loco est Húfavík. Náttfarius cum servo & ancilla, relictus in loco &c.*

(b) *Valgardi.*

hafði verið, oc kollodo Flókavarda, þat er þar er mætist Hördaland oc Rogaland. Hann fór fyrst til Healltlands, oc lá í Flókavagi, þá týndist Geirhilldur dóttir hans í Geirhilldarvatne. Med Flóka var á skipi (e) bónde sá er Heriólfr het, oc annar Þórólfr (f), oc Faxe Sudureykr madr.

Flóki sigldi þadan til Færeya oc gipti þar dóttur sína, frá henni var Þrándr í Göto. Þadan sigldi hann úti haf med rafna þá þreá er hann hafði blótat í Noregi, oc er hann let lausan hinn fyrsta, fló sá aptur um stafn, annar fló í lopt upp, oc aptur til skips, þridi fló fram um stafn í þá ætt er þeir fundu landit. Þeir komo austan at Horne oc sigldo fyri sunnan landit, enn er þeir sigldo vestur um Reykeanes oc upplauk firdenum sva at þeir sá Snæfellsnes, þá mældi Faxe: þetta man vera mikit land er ver höfom fundit, her ero vatnsföll stór, þeir sáo fols mikin er fell i fióin oc var þar ós mikill oc er kalladr Faxaós.

Þeir

*que nomen Flókavardi imposuere; hæc in confinio Hördalandiæ & Rogalandiæ sita est. Shetlandiam primum adiit, ubi in Flokavogo in anchoris expectavit, tunc Geirhillda ejus filia in lacu Geirhilldarvatn vita privata est. In eadem cum Flokionavi vehebantur (e) colonus nomine Heriolfus & alter Thorolfus (f) & Faxius ex Hebudibus oriundus.*

*Hinc Flokius Færöas petiit, ibique filiam suam elocavit, ex qua genus deducebat Thrandus de Gata. Inde oceano se commisit una cum tribus illis corvis quos in Norvegia devoverat; primus autem dimissus retró volitavit, secundus sursum elatus navem iterum repetiit, tertius de prorá provolavit ad eam plagam ubi terram postea invenerunt. Orientale (promontorium) Horn primum offendeabant, sed terram meridiem versus prætervehebantur, cum verò Reykianesum ad occidentem præternavigarent, conspecto Snæfellsneso & sine illo magno visui se offerente, magna certè est terra, Faxius inquit, quam invenimus, & flumina sunt permagna. Cataractam videbant magnam quæ in mare demittebatur, & magnum ostium, cui nomen postea Faxa-os.*

Floki

(e) brædur tveir. *impr.* II.

(f) Norfker. *add.* *impr.* II.

(e) duo fratres.

(f) Norvegi.

Þeir Flóke sigldo vestur um Breidafjörð, oc tóko þar land sem heiter Vatnsfjörðr vid Bardarströnd. Fjörðrin allr var fullr af veidiskap, oc gádo þeir eigi fyrir veidum at fá heyanna, því dó allr kvikfe þeirra um veturin. Varit var helldur kallt, þá gekk Flóki nordur á feöll, oc sá nordur yfer feöllin feörd einn fullan af hafisum, því kölludu þeir landit Ísland sem þat hefer síðan heitit (g).

Þeir Flóki ætloðu utan þum sumarit, oc urdo búnr litlo fyrir vetur, þar ser enn skálatópter þeirra inn frá Breámslæk oc sva rófit oc seyði þeirra. Þeim beit eigi fyrri Reykianes, oc þar sleit frá þeim bátin, oc þar á Herjólf, tók hann þar land sem nú heiter Herjólfshöfn. Flóki kvam í Hafnarfeörd, þeir fundu hval á eyri einni út frá firðinom, oc köllodo þar Hvaleyri. Þar fundust þeir Hereólfr (h). Þeir sigldo um sumarit eptur til Noregs, enn er menn spurdo af

B landi-

*Flokius & socii suum Breidafjörð occidentem versus prætervefði, ad terram appulerunt in sinu, cui nomen, Vatnsfjörðus apud Bardaströnd: Sinus ille piscaturæ abundans causa illis fuit pabuli negligendi, unde omnia eorum armenta hyeme perierunt. Ver erat admodum frigidum, tunc Flokius montes septentrionem versus ascendit, & sinum quendam à septentrione vidit glacie fluitante obtectum, unde nomen terræ imposuit Islandiæ (g), quo etiam nomine ab isto tempore insignitur.*

*Flokius cum sociis æstate abitum paravit, sed paulò ante hyemis initium iter habuit paratum. Propè Bríðmslæk adhuc conspicienda sunt rudera eorum habitaculi, culinæ & stationis navalis. Reykianesum prætervehi non potuerunt, ibi etiam cymba à navi avulsa, Herjólfsum in terram detulit, ubi nunc Herjólfshöfn (portus Herjólf) appellatur. Flokius in sinum Hafnarfjörð devenit, ubi in ora quadam in exteriori sinus parte cetum invenit, & locum inde Hvaleyri (ora ceti) appellabat (h) ibi Herjólfsum reperit. Æstate subsequente in Noruegiam rediere, cum autem*

de

(g) enn feörðin Ísafjörð. *add. impr.* II.

(b) Flóke var of veturin í Borgarfirde, oc fundu þeir Hereólfr. *impr.* II.

(g) sinui autem Ísafjörð.

(h) Flokius hyemem in Borgarfirðo transiegit & Herjólfsum invenit.

landino, let Flóki illa yfer, oc lastadi miöc landit, enn Hereólfr sagde kost oc löst af landino, enn Þórólfr kvad driúpa smiör af hverio (i) strái, á landi því er þeir höfdo fundir, því var hann kalladr Þórólfr Smiör.

*de terra interrogarentur, Flokius nihil boni attulit, sed terram admodum vituperavit, Herjolfus autem et comoda et incommoda terra recensuit, sed Thorolfus de quovis (i) gramine terræ ab iis inventæ butyrum stillare asseruit, hinc nomen adeptus est Thorolfus Smiör (Butyrum.)*

### III. CAP.

Beörnúlfr het madr, enn annar Hróalldr, þeir voro syner Hrómundar Gripsfonar, þeir fóro af Þelamörk fyrer vígafaker, oc stædfestust í Dalsfirði á Fiölum. Sun Beörnúlfs var Örn, fader þeirra Íngólfs oc Helgu (a), enn sun Hróallds, var Hródmarr fader Leifs, þeir Íngólfr oc Leifr gordust fóstbrædur.

Í þann tíma var Atli Jarl á Gaulum, hann var kalldar hinn Meófe. Hanns syner voro þeir Hásteinn, Hersteinn, oc Hólmsteinn. Þeir fóstbrædur Íngólfr oc Leifr lögdo felag sitt við syni Atla Jarls, oc fóro í hernad aller samt, kvamo heim at hausti með herfang mikit, fóro oc þeirra skipti vel oc skildo með vinátto,

*Biörnulfus nomen erat viro, et alteri Hroaldus, hi filii erant Hromundi Gripsfilii; illi de Thelemarchia ob cades exilio multati, in sinu Dalensi in Fialis habitaculum figebant. Filius Biörnulfi erat Örn pater Ingulfi et Helgæ (a) sed filius Hroaldi erat Hrodmar pater Leifi. Ingolfus et Leifus societatem solduriorum ad invicem inierunt.*

*Tunc temporis Gaulis residebat Atlius Comes, cognomine Meofus (Graçilis), filii ejus erant Hasteinn, Hersteinn et Holmsteinn. Ingolfus et Leifus soldurii cum filiis Atlii Comitum societatem piraticæ inivere, unde autumno redeuntes ingentem prædam reportare, omnia amice procedebant, et blanda cum familiaritate ab invicem discedentes,*

(i) kviste. *impr.* II. Reine 10.

(a) er allra kvenna var vænft. *add. impr.* II.

(i) ramo. al. lapide.

(a) virginis facile principis.

oc mællru til samfara med ser annat sum-  
ar. Enn um veturin gordo þeir fóst-  
brædur veitflo funom Atla Jarls, at þeir-  
ri veitflo strengde Hólmsteinn þeis heit,  
at hann skyldi eiga Helgu Arnardóttur  
edur engakono ella. Um þessa heitstrenging  
fannst mönnum fátt, enn Leifr rodnadi  
á at feá, ok vard fátt um med þeim  
Hólmsteini þá er þeir skildo þar at bodeno.

## IV. CAP.

Um varit epter beoggoft þeir fóst-  
brædur í hernat, oc ætluðu at fara til  
móts vid syni Atla Jarls, þeir funduft  
vid Hísfargast, 'oc lögdo þeir Hólm-  
steinn þegar til orrofto vid þá fóstbræd-  
ur. Enn er þeir höfdo barist um ríd,  
þá kwam at Ölmódr hinn Gamle, sunr  
Hördakára, frænde Leifs, oc veitti þeim  
Íngólfi. Í þeirri orufto fell Hólmsteinn,  
enn Hersteinn flýde. Þá fóro þeir Leifr  
í hernat, enn um veturin epter fór Her-  
steinn at þeim Leife oc villdi drepa þá,  
enn þeir fengo nióln af för hanns oc  
fóro í mót hanom oc börduft, vard  
orufta mikil, fell Hersteinn.

Epter þat dreif lid at þeim fóst-  
brædruum, frændur þeirra oc vinir af

B 2

Fir-

*tes, sequenti æstate eandem societatem futu-  
ram paciscebantur. Hyeme autem soldurii  
filii Atlii Comitis convivium pararunt, quo  
in convivio Holmsteinn votum vovit, se aut  
Helgam Örnis filiam uxorem ducturum,  
aut nullam aliam. Hoc votum paucis arri-  
debat, Leifus vero rubore faciem suffusus,  
fnito convivio, Holmsteini discedenti alienum  
se prabuit.*

## CAP. IV.

*Vere sequente soldurii expeditionem pa-  
rabant, & in occursum filiorum Atlii Co-  
mitis tendebant, quos apud Hísfargast convene-  
re, ubi Holmsteinn & reliqui soldurios fla-  
tim armis impetebant. Sed pugna aliquan-  
tisper invalescente, Ölmodus Grandævus fili-  
us Hörðakarii, cognatus Leifi adveniens, illi  
& Ingolfo suppetias ferebat. Hoc in præ-  
lio Holmsteinn occubuit, sed Hersteinn fugá  
salutem quæsvit. Leifus autem cum sociis in-  
piraticam excurrebat, hyeme vero subsequente  
Hersteinn Leifum cum reliquis invadebat, at  
hi de proposito ejus itinere præmoniti, illi  
obviam eunt, & acri prælio commisso, Her-  
steinn occubuit.*

*Ad soldurios postea multitudo cognato-  
rum & amicorum è provincia Fíardensí  
con-*



Firdafylki, varo þá menn tender á fund Atla Jarls oc Hásteins at bióða sætter, vard þat at sætt med þeim, at þeir fóstbrædur fengo þeim fedgum eigner sínar.

Enn þeir fóstbrædur bioggo eitt mikit skip er þeir átto, oc fóro at leita lands þefs er Rafnaflóki hafdi fundit, er þá var Ísland kallar. Þeir fundu landit oc varo í Austfiördom í Álptafirdi enom fydra, þeim virdist landit betra sudur enn nordur. Þeir varo einn vetur á landino, oc fóro þá aptur til Noregs.

## V. CAP.

Epter þat varda Ingólfr fe þeirra til Íslandsferdar, enn Leifr fór í vesturviking, hann heriade á Írland oc fann þar jarðhús mikit, þar gekk hann í, þar var myrkt, þar til er lýfti af vapni því er madr hellt á (a), Leifr drap mann þann, enn tók sverdit oc mikit fe

annat

*confluxit, nuncii tunc ad Atlium Comitem & Hasteinum missi, qui reconciliationem offerrent, quæ hoc pacto inita, ut soldurii illis omnia sua prædia penderent.*

*Navem postea quam possidebant magnam soldurii instruunt, terram invisuri quam Rafnastokius (Fiochius corvorum) invenerat, & tunc sub nomine Islandiæ innotuerat. Hi etiam terram invenerunt, & in sinu Alptaförd qui à meridie est, in orientali Islandia mansionem habebant. Terra quæ meridiem spectat melior illis visa est quam ad septentrionem. Unam hyemem ibi transfegerunt & in Norvegiam deinde revertebantur.*

## CAP. V.

*Postea Ingolfus bona eorum in usum itineris Islandici commercii permutavit, Leifus autem piraticam occidentem versus suscepit, & Hiberniam armis infestavit, ubi celam magnam subterraneam invenit, quam intrans tenebras offendit, ille autem progressus usque quo splendorem vidit gladii quem vir quidam manu tenuit (a), quo occiso, gladium*

(a) er þángaþ hafde flúit fyrir Leife. *add. impr. II.*

(a) is à Leifo fugatus buc se receperat.

annat (b),<sup>1</sup> síðan var hann kalladr Hiörleifr. Hann heriade víða um Írland, oc fekk þar mikit herfång, þar tók hann þræla (c) tíó er sva heto: Duffþakr (d), Geirraudr, Skialldbiörn, Halldór, Drafdritr, eige ero fleire nefnder.

*Kyllir* uter, 238. Alias *kyll*, AS. *cill*, culeus, *Hk.* XL. 8. 2) *Kyll*, gurgis, vorago, *Egils. J.* Inde *Kyla* ingurgitare, deglutire

## L.

*Lada* ducere, vocare, invitare 96. *Sa ladi sem radin á*, i. e. Par est ut hospitio excipiat qui præest, (herus). *Biarnar f. Histdala kappu*. *Löd* f. invitatio, vocatio, *Kvadz myndi hlisa löd bönda*, i. e. Se patris familias invitationem recepturum. (oblato hospitio usurum). esse ferebat. 2) *löd* instrumentum fabrile, quo fila metallica ducuntur.

*Land-nám* terræ occupatio, & tractus terræ occupatus. *Land-náms-madr*, terræ occupator

tor & primus incola 18. *Nám* receptio, as-  
sumtio; *nema land* terram occupare 20.

*Lands-leg*, terræ naturalis situs, 187.  
*Leg* locus, situs, sepulcrum.

*Land.vætt*, *land-vætt*, dæmon indigena,  
genius terræ tutelaris, 299. Vid. *vætt*.

*Lann-gesinn* nothus, q. d. furto genitus,  
271.

*Laut*, f. locus depressus, 218. à *lusa*  
deprimere se.

*Leid*, f. comitium; *um leidar skeid*, circa  
tempus comitii 340. ASax. *leer* curia vicans.  
Forfan a Gr. *λαῖος* publicus, *λαῖον* curia, lo-  
cus publicus, ubi magistratus convenit.

*Leid*, f. via, *leidarsteinn* lapis viæ, ☉  
magnes, pyxis nautica. Alias *sólar-steinn* idem,  
*Surl.* IV. 17.

*Leiddr* sepultus, 110. 387. *leida* ducere,  
mortuum efferre. Inde *leidfla* exequiæ, sepul-  
tura, *leidi* n. sepulcrum, 72.

*Lerkadr* contractus, in plicas adductus,  
de veste, 154. Sic *Hk. dramb-böfur lerkadar*  
*at beinum*. Caligæ strictiores circa crura in  
plicas coactæ. *Hk. X. 2. Lerka* contrahere  
adstringere, coercere, (Gall. *larguer* sensu fere  
contrario). *Hk. Þá bofdo menn drag kyrtla, laz*  
*at fido, ermar fimn alna lúngar, oc sva þrön-*  
*guar at draga skyldi med band-tygli oc lerka*  
*alt at úxlum*, i. e. Tunc talares tunicas gesse-  
runt, fibularum ordine (i. e. Clavis aureis) ad  
latera diducto, & manicis quinque ulnas lon-  
gis, quæ adeo angustæ, ut funiculo ad axil-

las usque reduci, & in plicas contrahi possent.  
2) *Lerka* coercere, torquere, (verberibus vel  
labore). *Thomas f. Hann lerkadi sinn likam*  
*frá byrum oc löstum*, i. e. Carnem suam a na-  
vis & vitiiis coercuit.

*Lefnis* stofn, vide pag. 406.

*Leygr*, *laugr*, flamma, báro *leygr* aurum  
362.

*Lindi*, m. fascia, cingulum, 67. Sv. *lin-*  
*da* eodem sensu, Belg. *liind*, fascia, tænia.

*Liuni*, *liunn* serpens, *liunn-vengi* campus  
serpentis, aurum, 362. Pro quo *Orm-vengi* au-  
rum, habet *Hac. f. gamla*.

*Líöri* fenestra vel foramen in culmide do-  
mus, super foco, funium transmittens, 59.  
Sv. *liura*, Norv. hodie *liur*, *lior*, idem; cujus  
ultimi descriptionem dant Acta Nidrosiana P.  
II. pag. 126. & Pontopp. Gloss. Norv. pag.  
68. Dn. Ihre in Gloss. Svio-Gothico confi-  
denter derivat à *líós* lumen. Ego, pace doc-  
tissimi viri, potius contractum credo ab Angl.  
*loover* fumarium, Celt. *lœfer*, caminus, fuma-  
rium, vaporarium, apud Buller, qui vertit  
*cbeminee*, *soupirail*.

*Lofdar* viri, milites, 73. Primitus ve  
tusti regis *Lofdi* comites sic dicti sunt.

*Lofn*, Dez nomen; hic mulieris appella-  
tio, 161.

*Lota* nifus, nixus, impetus 177. *I cinni*  
*lotu*, uno tenore, non intermissè; *Surlunga f*  
III. 17. *Lyt*, inclinor, vergo.

*Lundr*

*Lundr* sylvæ 266. ubi: *a ec veg til lundar*, ad sylvam mihi eundem est, quibus verbis poëta exul & ad sylvas damnatus, suum statum respexit. Celt. *Ilwyn* arbutum, sylvæ, it. arbor, *lignum*; quod Bullet origine Celticum esse conjicit.

*Lustr*, m. pars, fors 358. It. talus, cubus, quo sortes ducuntur 187. Dn. Finnaeus imaginem Talismanicam intellexit.

## M:

*Mansöngur* carmen amatorium, 197. *Jóns s. Helga: Rökilög kvæði oc mansöngs vísur*, Turpes cantilenæ & carmina amatoria. *Man*, n. 1) Servus, serva, Gr. *μάνης* idem. Hk. VI. 41. *Runnur þar upp oc beriddo, ráko zil skipa man margt oc bu*, i. e. Ibi exscensione facta prædati sunt, multaque servitia & pecora ad naves depulerunt. Vid. Ol. s. Tr. append. pag. 43. Hinc *mans-menn* mancipia. 2) *man* puella, amica, concubina, quales olim non raro servæ. *Hava-mal: I myrkri vid man spiala*. In tenebris cum puëlla colloqui.

*Mar*, m. equus, poët. *rönga mar*, navis, 83. Vocem *mar* exteris etiam in usu fuisse colligi potest à Ger. *mar-stall* eqvile; *marfchalk* eqvifo.

*Mar*, m. mare, poët. sed olim in soluto sermone etiam usitatum, sicut Camb. *mor*, Ger. *mer*, cet. ra.

*Marmennill* homo marinus, Triton. Hodie mendose, ut videtur, *marbendill* idem

*Mennill*, Ger. *mannlein* homuncio, pumilus, dimin. à *maðr*, *mannr*, homo; hodie abjectum.

*Med* cum, *med síá* juxta mare, 373. *var þou med barni*, uterum ferebat, 286. Sic *Gudm. s. bispups: For þou þá med svein þann*, Tunc cum puerum utero ferebat.

*Med* contra, adversus, 175. Ubi: *varka ek fyr med fleiri*, i. e. Nunquam antea cum pluribus congressus sum. Sic *Sziörn: átti strid med frændur sína*, cum cognatis suis discordias habuit. Præpositiones *med* & *vid*, quoties cum, una cum, significant, ablativum regunt, sed accusativum, si erga, contra, adversus, notant.

*Meidr* lignum, *Páls bispups s. At þann stædi med ser á övverdan meid*, i. e. Ut s cum comune periculum subiret; cfr. *Hálfaról. Handmens meidar* viri 178.

*Mein-vætt*, genius malus, & noxius, 337. Contra *biary-vætt*, genius bonus & opem ferens.

*Melr*, m. *möl*, f. sabulo, arena scassior, 67. 2) *melr* calamus, avena.

*Men*, n genus ornamenti; *bandmen* manus ornamentum 178. i. e. aurum, fuit vero *men* aurea bulla sive lunula de collo suspensa. ASax. *mene* lunula, apud Somn. Gr. *μάνος* & *μάννος* ornamentum collare. Vid. Hk. I. 22. & *Hólmuveria* s. cap. 6. qui locus ostendit hoc ornamentum quamloque ex vitro vel alia fragili materia fuisse, eoque errare illos

los docet, qui torquem vel monile, intelligunt. *Men* cum cognatis sic dici videtur à *máni*, luna, *μηνή*, quodmodo simile ornamentum Lat. *lanula* & Græcè *μηνίσκος* dicuntur. A *men* quidam derivant *meniar* f. plur. monumenta, indicia, signa, sed *Sriörn* cum aliis rectius scribit *minniar* à *minna* monere; sicut Gr. *μνύμα* signum, indicium à *μνύω* indico, significo; quo & pertinet Celtico-Gallicum *mann* nota, signum, Buller.

*Men*, n. cespis latus & tenuis, (alias *zorfa* idem) *jardar-men* cespes de terra excisus, q. d. lamina terrestris 313. Cum superiori, ut aliquatenus formâ, ita quoque nomine convenit; quoniam commodè etiam reduci possit vel ad *mün*, *mena*, limbus angustus & oblongus, vel ad Celt. *min* frustum, particula, quod non opus habemus.

*Mer*, *meri*, f. eqv. 67. AS. Al. Ger. Dan. *mar* idem; à masc. *mar* eqvus.

*Merkis madr* vir insignis, 398. Aliud *merkis-madr* vexillarius.

*Miöll*, f. nix recens, hic n. fœminæ, 185.

*Mundr* dos, munus nuptiale, 258.

*Munklif* cœnobium, 396. q. d. vita monastica. Interdum simpliciter *lif*, *Þorl. f. Helga*: *Lif þat er þorlákr hafdi stírnann yfir. i. e.* Monasterium cui Thorlacus præfuit.

*Myndak* farina butyro mixta, 15. vox Hibernica, quam vero apud Lexicographos Celticos frustra quæsi, ob mutetam, quod puto,

orthographiam. Forsan pro *myndak* scribendum est *mydak* mixturæ vel migmatis sensu, à *mydo* temperare macerare, humescere, liquorem vel succum admiscere.

*Mala* loqui, *mala eptir*, cum accus. Occisi causam orare, eadem alicujus jure persequi, 337. *eptir-mál* actio cædis. Aliud *mala eptir*, cum dat. adulari, blandiri, *eptir mali* blanditiæ, *Sriörn*, alibi.

## N.

*Naddr* spiculum 399. vid. pag. 400.

*Nátt-ból* noctis hospitium, locus pernoctandi, 368.

*Navst* n. testum navale, statio navium, ubi sub recto naves sunt, 119. Norvegis hodie *nøst* idem. Forsan contractum à lat. *navestibulum*.

*Navr* bos, *navta-brunnar*, aperturæ glaciæ, bobus eqvandis factæ 386.

*Nikr* eqvus aquaticus, hippopotamus, in majoribus stagnis habitare creditur; cujus, licet nomine suppresso, descriptionem habes pag. 88. Dan. *Nikken*, Sv. *necken*, Belg. *necker*, dæmon marinus & aquaticus; Lat. barb. *nocca*. Etymologi sic dici putant quod naves & natantes homines aquis submergat; à lat. barb. *negure*, *necare*, i. e. suffocare. Verum quia veteres hoc monstrum equi speciem habere crediderunt, quæ illorum opinio apud plebem Islandicam hodiernum viget, & autopsia, ut ferunt, subinde confirmatur, prope certum est

*nikr*

*níkr* non aliud esse, quam vetus Ger. *nack* equus, A. *nag*, Lat. barb. *naccus* idem. Aliud est *nykr* imalus vapor sive odor. *Fóns f. Helga*: þvi fylgdi *nykr* oc *fyla*. Illud (specrum) vaporem ingratum & foetorem reliquit. Scribitur etiam *fnykr* vel *fníkr* *Hk.* III. 25. Angl. *fonk* gravis & ingratus vapor.

*Níördr* deorum genitilium unus; apud poetas de viro ut alia deorum nomina cum sua determinatione sumitur. *Níördr Naddregns*, O vir, o miles, in vocantis casu, 399. Ubi secundum Sturlæum IV. 28. Exempl. Msc. *níördr* pro *nordr* legendum est.

*Níöfn* speculatio, exploratio, 71. *Fan. nys*, primaria notione incurvatio sui ad videndum, a verbo *nys*, infin. *níösa*, nuto, it. sternuto. Dan. *nys* nutare. cernuare, sternutare, it. explorare; *knysinn* cernuus, scrutandus.

*Nöckvi* linter, cymba, 68. Ger. *nacbe*, Belg. *naecke*, Gall. *nacelle* idem. Wachter verbo tenus equum fluviatilem intelligit, sensu à *nack* equus ad cymbam translato; sicut in Gr. *κέλης* utraque notio convenit. Me iudice Ital. Hispan. Hibern. *nave*, & veterum Francorum *nau*, navigium, a Germanis & Gothis *naebe* *nöckvi* durius pronunciat.

## O.

*Osláti*, m. homo magnificè se gerens, vestes, verba & gestus ad elegantiam componens, 319. *lása* vel *ysir ser*, rebus suis ad ostentationem uti, de sorte sua gloriari, felicem

se ostendere, confer. Gl. Cogn. *spir*, in voce *ysirlasi*.

*Ofreskir menn* homines genios & spectra, ubicunque hæc Oberrant, videntes, 237. 317. quo ultimo loco nominatur *ufresk kona*, mulier ejusmodi lynceo visu gaudens. Convenit certe, in ore & imaginatione vulgi non infrequens, *ofreskia* apparitio terribilis, monstrum.

*Offi* insolentia, æstus animi, 302. *Propr* & primaria notione, nimietas, nimium; *Noregs kk. tal*: Kom ur vikingo með *offa* *far*, i. e. Ex piratica cum immensa pecunia domum rediit. Scribitur etiam *offi* idem.

*Ofstopi* ardor & intemperies animi, 175.

*Omálgr* taciturnus, mutus, 325. *málgr*, *málgr* loquax, garrulus, *Hk.* IX. 70.

*Or* vel *Orr* adj. juvenis, 26. compar. *örri* junior. Ab *ár* initium it. iniens ætas, juvenis; i *ár-daga* in pueritia, vel juvenilibus annis. Vocem, observante Dn. Finnæo habet; *Níslunga f. cap. 373*. Þu manst vera miklo *bernskari* at *vísi* oc *allri kursteifi*, þo at *eigi ser* þu *öri* (*örri*) at *verra tali*, i. e. Sapientia & omni morum civilitate te minus provectum esse iudico, quamvis annorum numero non sis junior. *Skállda*: Spaki *skylldi* þis *ellsta barn*, þvi at þis *ellra má öra þar öra* (*örra*), i. e. Sedatus sit oportet puer natu maximus, nam proles major minorem natu facile conturbat. *Grágás, Vigflodi*: Örrí *enn sextan verra*, i. e. Sedecim annis minor, sedecim annos nondum natus. Denique veteres Dani, quæ doctissimi etiam Finnci observatio est, *yr, yre*, junior

S s s

dixe-

dixerunt, vid. Lex. Jur. Lib. II. Cap. 17. & Sælland. lib. III. cap. 57. Lex. eccl. Sæll. cap. 9. Conf. Syntagma de Bapt. Gloss. in voce.

*Orar* phantasmata, delirio, 241. *Mariu* f. *Hon malli margar brar*, Multa deliramenta proferebat. *Síðræ: Þegar tók af Konungi or- arnar, sem David lek börpu sína*, i. e. Mox Saulum Regem sua dementia reliquit, cum David zithara sua luderet. Adde *Hk. VII. Cap. 108. Ragn. f. Lodbr.* alio.

*Orðlof* venia 158. Alias constanter scribitur *Orlof*, ut Germ. *Urlaub*, *Síðrn* membr. De Pharaone: *Vendi hann oc aftr kastadi sínum Orskurði oc Orlofi*, i. e. Mutavit & reject suam sententiam, & datam abeundi veniam. Ibid. *Gefis mér gott orlof, at eð fara heim aftr.* i. e. Bonam mihi date veniam ut donum redeam. Sed 2) *Orðlof* laus, præconium, (non *Orðlof*) *Sancte Antonius* f. optima membr. *Alls begomligi Orlof oc eptarmeli.* Omnis vana laus & adulatio. *Hk. XIV. 28. Fell hann þar med orðlofi miklu.* Ibi magna cum laude occubuit.

*Ofskoras* absolute, sine limitatione vel conditione 393. Sic *Hk. XVI. 26. Urdo at festa alt ofskoras á dóm hans*, i. e. Omnia sine ulla limitatione ejus arbitrio committere necesse imbuere. *Skora* secare, it. determinare, definire, *Siurl. f. VIII. 12. Var ádr skoras, at hverjum kostum hann villdi gánga*, i. e. Antea definivit, quibus conditionibus acquiescere vellet.

*Offi* adj. noster 377. Ger. *unser* idem. Alias *vor*, *or*, noster.

*Öl-baki* vas vel poculum cerevisiæ 288. Ubi *baki* idem videtur quod Lat. *bauca* vas ventrosium.

*Öl-karnur* vas cerevisiæ. Sic *miðkarnur* poculum mulsi, *ölkarnur* furā mulier 171.

*Öndvegi* & *Öndugi* n. sedes patrisfamilias 193. Vocis sensum latius extendit *Thomas* f. *Erkib. Áttar nu berra pávin at venda heim i Rom til síns öndvegis*, i. e. Nunc dominus papa ad suam, sedem quæ Romæ est, domum reverti parat. *Öndvegi* sic dicitur, quod *Íw Önd*, i. e. vestibulo ex adverso esset. *Líðs-vefninga* f. *Husfrya geck eptir gólfi urar i öndina*, i. e. Materfamilias per solum versus porticum ambulavit. *Öndvegis sulur*, sedis herilis columnæ.

*Öngur* angustus, unde cognomentum *Öngur i brjósti*, In pectore angustia sive ægritudo, 106. Hodie superest *öngur*, fam. plur. angustia; *kvað bafa or öngum akat*, se periculo vel angustia elapsum esse dixit. *Diarnar f. Hys. dala kappu.*

*Örlog* fata, q. d. ultima statuta, 153. Sic *Alex. f. Ándfrym örlog*, fata sinistra. 2) post *Örlog* bellum, etiamnam Danis usitatum, belli enim fortunam & exitum fati superstitione tribuit. *Lög* decreta, statuta, *Or*, *Ör* ex, prapof. cujus hic eadem fere, quæ in *orskurdr* sententia, decisio, vis & valor est.

Örn pl. n. negotia, 94. Ubi *gánga ör-  
na finna*, sus negotia exsequi, i. e. alvum de-  
jicere, honesta phrasi. In singulari dixisse vi-  
dentur *arn*, quod tamen plura significat.

Örnefni locorum in pratis, pascuis vel de-  
sertis nomina, 24. q. d. denominata.

Örskoss helyi, sanctitas loci jactu sagittæ  
determinati, 336. Cfr. Gloss. Synt. de Bapt.  
in voce.

Örvendr, Örvöndr, qui sinistra pro dex-  
tra utitur; Lat. scæva & scævola; *Fost-brædra*  
*f. Var hann örvendr einvædt fidan*, i. e. Ab  
eo tempore sinistra manu usus est. Örvendr vi-  
vocis inasvetus sive male assvetus, à part. pri-  
vat. ör & vendr, vöndr assvetus. Hic in cog-  
nomen abit, 149.

Örafi, Örbæfi, vastitas, desertum, 331.  
q. d. locus inanis, sedibus & cultura homi-  
num vacuus; à part. priv. Ör & bæfa habere.

## P.

*Past*, *pastr*, n. nutrimentum, esca, cibus,  
*lá á pasti*, cibo sive prædæ incubuit, de ur-  
so, 271. Vocem etiam habet carmen *Lilia*  
strophæ 90. *Gledinnar past*, nutrimentum gau-  
dii. Hinc hodie *pastr hirill* exili fluens victu,  
de teneris infantibus dicitur, cibum fastidienti-  
bus. *Past* idem est quod lat. *pastus*, unde Gal-  
li quoque habent suum *pat* cibus, esca, *par*  
*poisenu*, esca accipitris. Aliud est celt. *paste*,  
Gall. *patre* artocreas, sive penis carne fartus,

Ger. *pastere* idem, quippe quæ à Lat. *pistus*, *pi-  
stor*, *pistoria*.

*Púfs* sacculus, 186. Dan. hodie *pose*,  
Svec. *posse* idem, inde dimin. *Pyslingr*, saccu-  
lus minor, sarcinula.

## R.

*Rádstafr* & *rádstafi*, certum & fixum do-  
micilium 192. q. d. vitæ rectè instituendæ ful-  
cimentum. *Rád*, vitæ institutum, conditio.

*Rakinn* explicatus diductus, planus, æ-  
quus, de mari, 399. Ubi secundum *Hk. IV.*  
28. legæ & in ordinem sic redige: *Nú er*  
*þus er Haralldr rekr sunnan á rakna rymleid*  
*breidann floza*, i. e. Nunc ita res habet, quod  
Haraldus ab austro (è Dania) magnam classem  
ducit per planum streporis iter, id est per  
mare, æqvor. Vel cum Doctissimo FINNEO;  
(Vid. pag. 401). *Rakna*, Gen. plur. à *rökn*,  
*raukn*, vestigium vel theca mali nautici, quod  
hic forsitan synecdochicè pro ipsa navi ponitur.  
Sic *rakna rymleid* navium strepera via, i. e.  
mare, sensu eodem munente.

*Ram-avkinn*, robore auclus, 105. De  
magis vertipellibus dicitur, qui vires adscisce-  
re creduntur animalium, quorum formas in-  
duunt. Ex eadem ratione *ram-avkin rögn*  
Numina robore adscitatio dixit *Hk. VI.* 29.  
Deos enim suos omnis magiæ & præstigiæ  
auctores vetustas credidit.



*Ravdi* terra rubra, minera ferrea, 59.

*Ravmr*, vir procerus, longurio, cognomen 185. *Dorst. f. wikings f. Þessi ravmr geek ar ballar dyrum*, i. e. Hic longutio ante aula fores accessit. A Celtica lingua deducere possis, secundum Bullet, in voce *raun*, dicentem: *On voit que ram, rim, rym, rum, ont signifé elevé, elevation, au propre & au figuré, sous ce qui est grand, soit en taille, soit en qualité, soit en quantité.*

*Ravsn*, f. aninus erectus & alacris, magnificentis, liberalitas, 125. 2) *ravsn* idem quod *lypsing*, præstega puppis, camera vel conclave super constrato navis in puppe extructum. *Noregs kk. tal.*

*Reidingr* sagma, stratum equi clitellarii, 89.

*Reidskíósi*, equus, jumentum 350. Etiam *fkíósi* idem. *Thomas. f. had ser skíósa*; Equos expetivit. *Skíósi* proprie animal, quod vehimur terrâ, sicut *skúta* celox, qua vehimur mari. *Skíósa* mittere, cito vehere. *Conf. nöckvi.*

*Reyna* experiri, tentare, 193. à *raun* experientia, periculum. Sed *reyna eptir*, *ryna eptir*, explorare, invitere (res occultas), spectat ad *ránir* literæ, characteres, eum proprie sit literas legendas diligentius scrutari. *Droplavgar sona f. Hann reyndi eptir morgnum blurum*, i. e. Multas res occultas perscrutatus est. *Hr. Kraka f. Gallramenn sem eptir öllu gera rym*, i. e. Magi qui omnia expiscari no-

tunt. *Glogg-rynn*, runicos characteres accurate distinguens. *Volsunga f.*

*Rid* f. breve tempus, impetus citò transitus, 290. *A rida* transire. Sed *rid*, n. gradus, scala, *Gretsis f. cap. 21.* alibi, à *rida* scendere, ascendere.

*Ripting* retractus, pacti & contractus solutio, 376. *ripta* solvere, rumpere; *Dan. rippe.*

*Rift*, f. convexum sive dorsum plantæ pedis, *ristar lidr*, cruris & plantæ commissura, 162. 2) *rift* sartago.

*Ródra* cruor, 299. *Stribrn: Hlasi var ásyndar sem blod eða ródra*. Oceanus sanguini sive cruori similis visus est.

*Róma* pugna, à clamore & strepitu militari, 387.

*Róf*, *bróf*, testum, casa, 9. *Alias riáfr, ræfr*, testum.

*Rönd* f. ora, extremitas; synecdochicè clypeus, inde *rándar bor* pugna, 265.

*Röng* f. costa navis, 73 ubi *rángr mar*, navis. *A rángr*, *Dan. vrang*, obliquus.

*Röst* vortex aquæ, evripus, poet. ipsum mare. *Karms rastir* potus, cerevisia, 288. q. d. mare vasis vel poculi. *Vid. karmr.*

*Rúm* locus, lectus, it. intercalarium, 390. *ruma tal* numerus intercalarium, cujus in æstimanda navium magnitudine respectus habebatur.

*Runnr*

*Runnr* virgultum, arbutum, 375. *renna* upp crescere.]

*Rygr* f. mulier, poet. 114.

*Raki, reki*, f. ultio, vindicta, Ger. *rache* idem. *raki-meidar randar bótis* milites sive viri ultores 266. Vocem etiam habet fragm. infc. pertinens ad *Þordar Hrædo f. Var at Þessu giör engi raki*, Nulla hujus cædis ultio facta est. *Gunnars Þidrænda b. f. Her man mikil raki at giör*, gravis hujus rei fiet ultio; *reka* exsequi, ulcisci, Ger. *rechen* vindicare.

## S.

*Samflot* n. duarum pluriumve navium in itinere confociatio, 24.

*Sel, sel*, domus æstiva, 131. Celt *sel* sedes, habitaculum.

*Senna* f. lis, altercatio, Ger. *Zank*, idem. *Hlullar bir senna*, lis ensium, pugna, 84. *Senna* litigare, *Háva-mál: Þremur ordum senna skalaru vid þer verri manni*, Ne tribus quidem verbis rixeris cum homine, [qui te nequior est.

*Serkr* tunica, indusium, subucula. Dan. *særk*, AS. *serc* & *syric* idem. 2) Pœtis *serkr* lotica, 177. Conf. *Kuþstinga f. cap.* 14.

*Ser*, n. sedes, specialiter sedile vel scamnum ante lectum *Ser-stockr* sedile vel trabs ex qua scamnum confectum est 101. Sicut autem lecti, ita hæc quoque scamna ad utrumque hypocausti latus continua serie exstructa fuerunt;

focus autem in medio accensus est, quo sese scamnis utrinque sedentes calefecerunt. His observatis facile intelligis locum ex *Svarfdala f. Þorsteinn lá millum sestocka sem þann var lángr til, úskubaugr var á adra lönd bövun, enn ellir á adra*, i. e. Thorstenus inter sedilia, (vel sedilium spondas; id est in medio pavimento) exprorecto corpore jacuit, hinc igne, illinc cinerum acervo collocatis.

*Sex-álna eyrir* sex ulnarum uncia, 393. i. e. Uncia argenti numerata; cum secus uncia argenti ponderata, quæ nunc Octuplo, tunc sextuplo major erat, ulnas 48. & dein 36. continuit. Conf. *Kristni. f. in append. pag.* 169. Dicebatur vero *sex-álna eyrir*, quo distingueretur à *Þriggia álna eyrir* uncia trium ulnarum, quæ dimidio minor.

*Seida* fascinare incantare, 155. vulgo putatur actum qualemcunque pyromanticum connotare, & cognatum esse verbo *seyda, síða* coquere. Ita inter alios sentit ipse T. Ræus, Hist. Nerv. tom. I. pag. 141. Gudmundum Andream, auctorem non satis idoneum secutus. Verum hæc Gudmundi conjectura merito in dubium vocatur. 1) Quod meli res in membrana nostræ constantè orthographi è distingvant inter *seyda* coquere, *seyd, seydr* coctio, & *seida, síða* incantare, *seidr, sídr* incantatio, fascinatio. 2) Quia quotis hæc species incantationis describitur, ignis tunc adhibiti aperta nusquam fiat mentio; peractum vero fuisse constat exstucto de cespere suggestu, (*Laxdala f.*) cum alio diræ superstitionis apparatu (*Eiriks f. Ravða*). Ubi, dum veneficus sive venefica S s s 3 fervo-

fervore & gestu minus honesto rem suam peragerent, (*Ilk. I. 7.* a mulieribus administris cautu fravissimo recitatum est carmen *Vardlocur* vel *Urdar-locur* : parcarum decreta & conclusiones, a *Verd, urd* parca, (sicut AS *vord-locu* conclusiones logicae, dialectica, a *vord* verbum). Vet. res, qui hoc genus beneficio summam efficaciam & vires tribuere, non unico illud scopo usurparunt, eo maxime, ut cuiquam sive fausta quavis a Geniis bonis, sive mala quavis a malis imprecarentur. Hinc in carmine *Gröu galldr*, mater filio: *Urdar-locur balldi þer Öllumegin, er þu á sinu ser*, i. e. Parcarum decreta (carmina & vota magica in actu *feid* pro salute tua decantata) te undique muniant, cum aliquis tibi contumeliam intemat.

*Síðlfr* ipte, *var vit síðlfr bláir*, parum absuit, 230.

*Sidr* mos, religio; *i fornum síd* sub gentilismo, 254.

*Sigrstallr*, malleus, 177. Conf. pag. 412. Vel verborum constructione forsitan rectius instituta, verte *Sigr-foanr*, corvus, a *síg*, f. pugna, caedes; & *vidir stáls*, milites, hoc enim ni feceris, oportet ut *foanr* olor absolute de corvo intelligas, quod poetis regulis repugnat.

*Sindr* parcus, avarus, tenax, 374. Proprie tardum segnem, notare videtur, affine verbo, *seinka*, Dan. *sinke* tardare. Sic oppositum *Örr* Celar alacer; it. liberalis, munificus.

*Síónbending* conceptus oculi, & adverbialiter recta linea, directè, 367.

*Skacki* n. obliquitas, duorum ejusdem rei laterum inaequalitas, item differentia, discordia, dissensus 393. *Skackr* obliquus, impar, inaequalis habens opposita latera. Dan. *skæv*, G.r. *schief*.

*Skagi* m. promontorium, 190. *Skaga* porrigere se, extendi.

*Skáli* testum cubile 14. Accedere videtur *skiol* latibulum, locus sive a tempestatibus, sive ab hostibus tutus; *skyla* tegere, defendere. Sic Latini a cognato verbo *celare* praefixo fibilo *cellam* dixerunt, quod vocabulum, pariter ac nostrum *skáli*, sensu speciali familiae & fervorum cubiculum notat.

*Ske, ska*, damnum, noxa, 176. A *ská* cadere, laedere.

*Skaid* n. intervallum, curriculum, spatium, 214.

*Skil* ratio, jus, æquum, 300. *Skilgeizn* legitime natus, 135. *Skil-rikr* justus, suum cuique tribuens, 18.

*Skialgr* pectus, qui est limis Oculis, Ger. *skel, skiel*, Sv. *skalg* idem, *feskiálgr*, Oblique intuens pecuniam, i. e. avarus. *Bandamanna* f. Hic cognomen, 121.

*Skíómi* gladius, a fulgore, vox poet. 187.

*Skior, skar*, nomen avis, pica; hinc *blámærar skar*, undæ pica, navis, poet. 399. Conf. pag. 402. Sic *Eigla* de prælio navali: *Kom gnauðar la á giálfar ska*, i. e. Venit vel fluxit fargvis prælii in maris picam i. e. navem. *Skips*.

*Skips-böfn* nautæ, vectores, 39. q. d. navis apparatus, nunc de onere navis, nunc, (ut huc) de nautis ipsius sumitur. Habemus alias *Skip-fogn*, *skip-fökn* nautæ, quod vero diversum vocabulum est.

*Skipveri* nautæ, 53.

*Skög-gánger* exilium, relegatio ad sylvas, 33. *Skög-gánger madr* exul, hominum consortio ejectus, & ad sylvas damnatus 381. Alias *skögúnger* & *skogar-madr* idem. A *skögr* sylva; *leyfa* or *skögi*, ex sylva redimere; exulem civitati restituere. *Níðla* cap. 125.

*Skökull* pertica, temo, hic cognomen, 184. *Alex. f. leyfa sköklana frá okino*, i. e. Temones ab helcio solvere. Dan. *skagel*, Sv. *skakel* temo; sed apud Anglo-Saxones *skacul* non temonem, sed jugum ipsum sive helcium notat, sicut Belgice generalius *schaeckel* fibula, catenæ annulus. Dixeris Gothos imitari Latinos, qui suo *jugum* tam helcii quam perticæ sentium assignant.

*Scrida* ruina, sive nivis sive terræ & lapidum de monte, 100.

*Skurull* missile, spiculum, 156.

*Slaki-drengr* homo, bibax, lurco, glutto, 53. cogn. Ger. *schlucken* idem. A *slóka* deglutire, ingurgitare se (vino, cibis.) *Gressis f.* cap. 21. Ger. *schlucken*, Dan. *sluge* idem.

*Smali* pecus, grex, armentum; *smalafveiu* opilio, 153.

*Sneckiu* navis genus, pristis, 243. Inter naves longas veteres numerasse discimus ex

*Jons. f. Helga: Atti tuð löngskip, var annat dreki göðr, enn annat sneckio.* Duas naves longas habuit, quarum altera diæo pulcherrimus (novis draconis specie), altera pristis fuit. Quantum ad nomen, dicitur AS. *snacca* celox, Belgis, m in n mutato, *smacke* navis oblonga, certè à *snackr* cocles, linax: quin etiam affine est Dan. *suov* (Isl. *smákr*, *snókr*) angvis, quod non raro de simili navium oblongarum genere dicitur.

*Solfetur* n. occasus 307. Ubi *millum Jól-ferra*, inter solis ortum & occasum, vertendum videtur. *Þegar-sól fessiz*, cum sol occideret, *Sciðrn* alibi.

*Spörr* passer *Hk. I. 20. Hann laust snörrin til bana* passarem iclu necavit. AS. *spær*, Dan. *spurre* idem; nec aliqnum est Syr. ~~NEX~~ passer. Hic cognomen 24.

*Sprozi* baculus 195. AS. *spreota*, Belg. *spriet* baculus, pedum. Videtur idem ac Ger. *spresse*, Angl. *sprout*; furculus, gertmen, quod à *sprezza* crescere, germinare.

*Stack-gardr* foenile, septum foeni congesti, 83. *Stackr* metá, cumulus, *bey-stackr* strues foeni. 2) *Stackr* elámys tunica.

*Stafu-rum* locus vel spatium in puppe, 37. Ubi verba in ordinem sic putò redigenda: Erat *stafu-rums* (vel sec. var. lect. *stafu-ráms*) of þegni á þilium, i. e. Non est puppis spatium (quantam satis) circa virum (o: mili ipsi), in foris navis. Constructio Genitivi cum verbo substantivo exemplo non caret, siq enim veteres dixerunt: *ðraums var wer* somniavi, per

per somnium vidi *Fosbrædra. f. Svibrn* in append. alibi.

*Stalli, stallr* ara, pulvinar, fannum, quo simulacra deorum collocata sunt, 299. Alias *stallr* præsepe, it. quodvis scamnum, vel terra scamni formâ aggesta. *Hættar stallr*, ara pilei, i. e. caput, poet. 104. Ubi ex var. lect. *Hældi yfir meþ bættar stalli*, caput meum (vitam) conservet. Secus in hujus loci versione verbum esse supponitur *stalla* vallare, munire, protegere.

*Striaka* concutere, discutere 334.

*Svðdull* area sive locus sub dio, quo pecora æstate de pascuis coguntur, ibidemque mulgentur, 68. Norv. *staule* idem.

*Striugr* m. decocti vel forbilli genus minus delicati, *gefa striúg fra fer*, aspera verba evomere, gravibus convitiis uti. Huic voci asperitatem proprie notanti accedere videtur *strygi* pœnus lini asperior & crassior, nec non Sv. *strug* asper et infensus animus. Hic *striugr* cognomen.

*Sula* pila, columna, 14. Ger. *saule, seule*, idem. 2) *sula* mergus.

*Sumar avki* epactæ sive augmentum æstatis 135. Gentiles Islandi, aliquot ante prædicatum Christianismum annis, ut computum suum secundum solis cursum corrigerent, septimæ cuique ætati hebdomodan unam adjece- runt; teste Arii schedis, editis Skalh. pag. 4.5.

*Sít* f. morbus, 175. Ubi *safaz súslayð*, Interire sine morbo; de gladio cæsis. Sic

*Jóns. f. Helga. Epir þat tók prestur síu mikla*, — *la bann lengi i síuinni*, i. e. Postea sacerdos gravem morbum nactus est, — quo diu decubuit. 2) *Sít* moeror, tristitia; sensu hodie recepto. Ita Latini suam *ægritudo* non secus ad animi quam corporis dolorem transferunt. Pro *sít*, vulgo dicitur *foet*, Dan *soi*, morbus, quæ eandem esse vocem nullus dubito.

*Sviþr* motus, *sverda-sviþr* pugna; *sviþniord-ungar sverda* milites, 175. Plura de hoc vocabulo habet Synt. Bapt. Gloss. pag. 71.

*Svoluir* Othinus, *Svolnis-gardr* impetus Othinus, pugna, 177.

*Syðstr* austro proximus, 23. Alias *Synastr*, idem.

*Sylgr* potus, *þar feck örn þylg*. Ibi aquila potum nactus est, 178. Sic *Svurlunga saga*, X. 8. *Sylg gæfo ver Agi*, i. e. Potum (sanguinem) alcæ dedimus. A *Svelgia* glutire, Germ. *schwelgen*.

*Systrungr* materteræ vel amicæ meæ filius, 105.

*Sebafi* mare tenens, i. e. Per mare oberans, recti cursus oblitus, 5.

*Saki*, imperf. *sátta*, quæro: *er þafi sáttiz*, cum magnam oceani partem emensum essent. 39. *Happ sússi þic*, Felicitas tibi contigit, 153.

*Sakirivar* (*Svolnis gardi*) pettores belli, milites, 176. A *Sakia* petere, progredi, impetum

petum facere. *isfar* absolutè positum deos vel divos notat, sed secundum Eddam deorum nomina adjectâ suâ restrictione hominibus competunt. Malim tamen hic pro *Seki* legere *sekir*, *sekir* rei, exules; de talibus enim contextus loquitur.

*Seta* insidere, insidiari, it. Obvium esse, occurrere, convenire, h. l. æquivalere, 393.

## T.

*Tada*, f. campus stercoreatus, *Grágás*: it. campi stercoreati foenum, 89. A *Tad*, n. stercus, latamen; *ted*, imperf. *talda*, sterco, lato.

*Tafn*, m & n. Oblatio, victima, pag. 361. Ubi: *Gavrs tafn* victima Othini, i. e. strages. Vocem eodem sensu habet *Stiörn*: *Sefa mano þeir söfn rettlatis*, i. e. Victimæ iustitiæ (Deo fideles) immolabunt. 2) *Tafn* esca vel cibus feris Oblatus. *Getþeki Heidr*. *Örn á tafni brendr sat*, i. e. Aquila cibo (ca. daveri) mortua infedit. *Sturlung. f. VIII. 47. Vard tafn gefnu þrafni*. Esca corvo data est. *Tafn* ortum est à *ta* offero, præbeo, do, unde etiam Celt. *dawn* oblatio, donum.

*Taska* pera, bulga 247. Germ. *tasche*, Dan. *taske* idem.

*Teigr* portio agri sive prati, 279. Alias *sigr*, *vygr*, *ugr*, ductus, tractus.

*Teisr* adj. latus, hilaris, facetus, 388. *teiti*, f. hilaritas. Convenit forsân Belg. *zedey*, *teeder* & *teer*, tener, mollis.

*Tek*, imperf. *tök*, capio. Secundum varias circumstantias variè significat: *Toko breiddá fiörd*, in sinu Islandiæ Breiddáfiörd appulerunt, 223. *Tokuz* inceperunt 209.

*Til* præpos. (olim *ti*) ad; significatum non raro intendit, quomodo AS & Angl. *to*, Ger. *zu*, ubi vertendum venit valde, nimis. *Til fiöldan* nimis raro, 383. Sic *Kjalnesinga f. Til farri rar ek nu*, i. e. Nimis longè nunc absui. *Til fölmedr*, Justo plures habens comites. *Hk*.

*Timgaz* augeri, crescere, maturescere, successum habere, 316. in lectione variante. Infrequens vocabulum, quod tamen plus semel habet auctor Lachanologiæ, pag. 3. & alibi. *Timgaz* vel a *timi* tempus, it. successus, felicitas; vel, quod melius & simplicius, pronuntiatione paulum mutata idem est ac *tingaz*, cui simile *m* pro *n* positi exemplum habes mox in voce *torina*.

*Tingaz* produci, accrescere, augeri, generari, sobolescere, 316. *Þá er ofs ringadz*, cum res nostræ incrementa caperent, (i. e. succederent, & fortuna nobis favoreret) *Sturlunga f. lib. IV. 20*. Obsolevit forma activa *tinga* (p. *tiá*) offerre, proferre, generare; quod respondet, Ger. *zeigen* exhibere, *zengen*, AS *zygan*, producere, generare.

*Tingl* lunula, ornamenti genus, 218. Ubi *enni ringl*, galez frontem sive frontale quoddam haud dubiè notat; sensum habere videtur ab affini *ringl* luna, orbiculus. Favet huic interpretationi *Heimskringla* III. 19. ubi naves  
T t t lau.

laudantur: *Med gnaandi bofdunn oc gröfnum singlum*, i. e. Cum rostris hiantibus & exculptis ornamentis. Videmus hic *singl* in navidhibiturum fuisse, quod ibidem amplius probatur lib. IV. cap. 7.

*Alm drosar för eyfu  
el-runnar mörum sunnan  
svionu tings á græna  
rveim einum fel meina.*

Quæ in ordinem sic redigo: *Álm-drosar el-runnar för sunnan rveim einum eyfu meina mörum á tings svionu græna fel*, i. e. Vir bellator ab austro (ex Dania) profectus est duabus tantum navibus per navis viridem tabernam (3: per mare). Nec non lib. VI. 123.

*Ferd kom belldr i barda  
bniso reyr saman dreyra,  
zungl scáruz þá tingla  
táugar, ormr binn lángr.*

In ordinem sic redigo: *Ferd kom sunnan ormr binn lángr i belldr barda dreyra reyr bniso, zungl skaruz þá tingla táugar*, i. e. Hoc itinere Draco longus (navis sic dicta) in valde duram gladiatorum collisionem (pugnam) incidit. Tunc luna navium (3: scuto) accisi sunt. Qui bus locis *tings svionu* & *tingla röv* vocari videtur. Alii tamen, quo iure vel auctoritate nescio, *zungl* gratiam recens natum intellexerunt.

*Tríona*, *svyni*, rostrum; *gimandi svíona* rostrum hians, rictus distentus, 299i Ubi de navis acrostolis sermo est.

*Torsyna* vel *sortina*, abjicere, perdere, 294. Pro quo *Seidrn* habet *sortina*, eopte

sensu; *Ollu þvi er þeim þotti eigolegt villdo þeir eigi sortina*, i. e. Quæquam eorum, quorum illis possessio utilis visa, perdere noluerunt. Componitur à præpos. inseparab. *svr*, Ger. *zer*, respondente Lit. *dis*, & *synu* perdere, vel *sina* dare, exhibere, vel denique *sina* dare, communicare, quæ omnia invicem cognata.

*Troll* n. monticola, gigas, hominum genus quod malis magicæ artibus instructissimum credebatur, unde 2) *Troll*, quisque magus malificus vel maga malifica, & denique 3) *Malus* spiritus, dæmon. Convenit Germ. & Dan. *droll*, *drol* spectrum domi oberrans & variis negotiis satagere visum, quod derivant à *dren-len* discurrere, itare; radix, quæ feris etiam hominibus nomen facile dedit.

*Trollaukinn* viribus giganteis sive magicis auctus, ferociæ gigantæ nonnihil habens. 26.

*Trollskapr*, & *trillska* iudoles vel ferocia magica, 271.

*Tundr-ör* malleolus, jaculum ignitum, 212. describit *Yngvars. f. Sveinn lagdi ör a streng, enn tundr var sett fyrir orvat oddinn, svo mikit sem manns bōfur, med vigdum ellti*, i. e. Svenus nervo sagittam applicuit, cujus cuspidi fomes humani copius magnitudine adhæsit, cum igne consecrato.

*Tyr* dei septentrionalis nomen, Gen. *rys*, Dat. Acc. *ry*, *Báru leygar tyr*, vir, poetice 362.

*Þlifr* duodecim, Jodeas, it. testes duodecim, 83. vid. *kvōd*.

U.

U.

*Uargr* impiger, strenuus, acer. Hic cognomen, 38. *Argr* piger, deses, focors. Sunt qui ab *u-argr* deducunt *vargr* fera, lupus; sed pereram.

*Uhorinn* non susceptus, non baptizatus, 108. Quo sensu hoc adjectivum etiam accipiendum videtur in illorum cognominibus, qui à Christianis parentibus nati, horum tamen sacris nunquam initiati sunt. Conf. 20. 285.

*Ufreskr*, vide *Ofreskr*.

*Uppi* supra, super; *vera uppi* superesse, vivere, 158.

*Utidr* infreqvens, it. pauciloquus, minus familiaris, *bönun var lítit vid stíup-modr sína* Novercæ suæ minus favit, 304. *Tidr* usitatus, creber, frequens; it. multiloquus, verbosus; familiaris, *Ol. f. Helga*. alibi.

*Uti-vist* mansio sub dio, i. e. longior navigatio 303.

V.

*Val-dögg* [pluvia stragis, i. e. langvis, 177.

*Val-köstr* caëtorum cumulus, 173. *Köstr* cumulus, strues.

*Valldr* potens, validus 387.

*Valr* strages 388. q. d. electio, qui enim in prælio cæsi, ab Othino eligi credebantur.

qui inde *val-fadr* caëtorum pater dictus est. *Vel* eligo, *val* electio.

*Valr* accipiter, falco, 177. Hung. *Öhv* idem. Ad superius vix pertinet; sed potius à *volando* ita dicitur, vel synæresin patiens venit a *Fugl*, Ger. *Vogel* volucris, ales; falco enim aves plurimas volatu perniciosissimo superat, unde nobis quandoque *Fugl*, Gallis *Oiseau* per excellentiam vocatur. A *valr* oriundum putant Lat. *falco*, Camb. *Gwalch*, &c. quæ vero Festus à *falcæis* ungvis melius deduxit.

*Vangr*, *vengi* campus, planities, 362. à *vida vangi*, In loco sive campo patenti. Ger. Dan. *Wange*, Celt. *Gwen* planities. 2) *Vangi*, *vengi* gena, mala, illa oris plana pars & latus. *Godrúnar*, kv. De semimortuo: *Varr vengi fyrir vifs-kniám*, i. e. Genas versavit ante uxoris genua. Ger. Dan. *Wange*, Celt. *guen*, mala, gena. 3) *vánggr*, Angl. *wing*, Dan. *vinge*, ala, quæ se explicat. Omnia ista cognata videntur.

*Var-buinn* minus paratus 109. A. *var* cautus, parcus, cujus neutrum adverbiale scit *vart* parcè, parum, vix. Dicimus & *varliga* cautè, vix, ægre, *Hk.* III. 34.

*Ve*, pl. sacra, res sacræ.

*Vedr-spár* futuram tempestatem præmonens 264.

*Veg-lyndi* animus liberalis, magnificentia. 109. *Veglyndr* adj. magnanimus, generosus, qui est excelsò animo; *vegr* m. honor, *lund f. lyndi*, n. Dan. *lund*, animus, indoles.

T t t 2

*Aegs-*



*Vegskona* honesta matrona, 117.

*Veita* ducere (aquam) 291. *Veita & veisfa* f. uligo, aqvilegium.

*Velkia* volvere, versare, tractare. Hic impersonaliter: *Þá velksi lengi úsi*, i. e. In pelago diu jactati sunt, 259. Inde *wolk* jactatio.

*Vell-ovdigr* prædives, divitiis abundans, 316. Non à *vell* aurum, quæ vox poetica est; sed à *vella* ebullire, abundare.

*Ver* locus, mansio, ubi quid est; speciatim sedes piscatorum. Unde *ver-menn* piscatores, *ver manna stöd* statio vel habitaculum piscantium, 36. *A vera esse*. Angl. *ware, were*, piscina, stagnum.

*Veria* tunica, clamys, 233. *Fost-bradrá* f. *Þú scalt gefa mér verio þá sem þú ert i*, i. e. Tu mihi tunicam dabis, qua indutus es. Conuenit Angl. *wear* vestimentum, hábitus; certè à *veria* involvere, tegere, *Asla mal: Blajo at veria þint líki*, i. e. Velum, quo funus tuum contegatur.

*Verk-dreyrugr* vulnerum sanguine tinctus; de lorica 177. *Verke* dolor corporis, hic poet. vulnus.

*Vestr* occidentens. 2) Adverb. In Occidente, & versus occidentem, i. e. in Angliam Scotiam, Hiberniam, 22. Inde *vestr-lönd*, terræ occidentales, Anglia, Scotia, Hibernia, 338. *Vestr-viking* piratica occidentalis, per Angliam & vicinas terras facta, 12. *Vest-menn*, occidentales, Angli, Scoti, Hiberni, 17. *vest-rann* occidentalis, qui est de terris occidentibus 2. Inde *vestrana* zephyrus,

*Vesari* pacis violatio, 176. Vel *vesari* hic notat perjurium, hac supposita verborum serie. *Hofdo hilldarbards tungur und skildá vesari*, i. e. Perjurio & mala fide arma ceperunt.

*Verrfeta* hiematio, 261.

*Viár, vidrir*, Othini nomen, 388. q. d. multivagus. Alias cum sibilo præfixo *Svidr, Sydrir*, eodem sensu.

*Vingr*, adj. amicus, 76. *vingadi* amicitia, 242. *Ged, gedi*, animus.

*Virki* agger, septum 54. Prima & propria notione opus. *Thomas f. Þetta nýa virki*, hoc novum opus, hæc nova structura, de templo. Sic *gardr & verði* septum, à *gera* facere, struere.

*Vit* sapientia, prudentia. 2) *vit* plur. occultæ artes, magia; *vita vestr, vitta vestr*, venifica, mulier magiæ studiosa. *Hk. I. 16*. Hinc Norvegus quidam, cui nomen *Geir*, ob magicas artes *vit-geir* dictus est *Hk. III. 37*. *Vit* pharmaca magica sive amuleta. Habet *Kristinnrettr Heidisfu*, qui *vit oc blör*, appetitum magicum & simulacra damnat, utpote gentilissimi reliquias, *Kormaks f. Bate ek mér allðrei belg at hálfí vitta fullan, þo ek enn lífi*, i. e. Nunquam de collo suspendi sacculum venificiis plenum, & tamen adhuc sum incolumis. A *vit* veteres formarunt verbum *vita* fascinare, incantare, *Völuspá*, de venifica;

*Heidi*

*Heidi bana hero hvars til bufa kom,  
Völu velfjá, vissi þou Ganda.*

i. e. Hejdam vocarunt, quocunque ad ædes  
veniret, parcam illam bene vaticinantem; hæc lupos  
(vehicula magica) fascinavit, vel fascinan-  
do paravit.

*Vogr, vogr* mare, Ger. *woge* unda, flu-  
tus. *Hymiskv. Veorr kvadz vilin á vag róa.*  
i. e. Acer rerum sacrarum vindex (Thor) vel-  
le se dixit in mare piscatum ire. 2) Specialiter  
*vogr, vogr* angustum maris brachium 93. 3)  
specialissimè pus, humor ulceris, *Sciörn: vella*  
*manto brúfo oc vagi*, scabie & pure cutis tua  
implebitur.

*Vöstr, vöstr*, m. *vætti* n. testis, qui com-  
ficius est, 300. Anglo-Sax. *viza* idem, à  
*viza* scire.

*Völkr* campus, 255. Ubi *söldu hann bu-  
fa völl vidann*, Eum habere latum campum  
dixerunt, hoc est: ei exprobrarunt, quod inter  
pugnandum in statione sua non [maneret, &  
gradu pelleretur.]

*Völvu, valva, vala*, parca, maga, saga  
186. Ab initio idem quod *valkyria* parca,  
Othini ministra, quæ in præliis præfens pro lu-  
bitu vitæ vel morti pugnantes destinavit. A  
vel eligo; *val* electio.

*Vatt, vattr, verr*, f. genius, dæmon,  
it. venefica, mulier magicis artibus dedita.  
*Fóns f. Helga*: membr. *Sia vestla verr sök þe-  
ger i jörd*: Hic infelix] dæmonculus protinus in

terram se immergit, (a terra absorptus est.)  
Nomen ductum est a multa rerum abstrusarum  
scientia; nempe a *viza* videre, scire, *viza fram*  
prævidere futura, de magis, *þrymskvida*. Hinc  
nostrum vetus *viskr* magus, Angl. *visch* ve-  
nefica. Cfr. *viz*.

Y.

*Ydri, yvri* exterior, 154. Opponitur *idri*,  
*invari*, interior.

*Yfa* irritare, exasperare 286. *úfin* hor-  
ripilus asper, tezer.

*Ygg* Othini nomen, q. d. terribilis,  
*Yggs teiti* Othini oblectatio i. e. strages 84.

P.

*Peli* m. densitas, *Peli i jörd*, terræ con-  
gelatæ densitas, 383. Dicitur quando regelata  
superficie pulvis terræ inferior adhuc glacie con-  
solidatur. Sic *Peli fyrir brústi*, lentor pecto-  
ris sive pulmonum, vocem impediens. *Peli*  
proprie quod intus vel subtrus est & latet; asse-  
ne est *Pel* n. fundus, ionum, intinum.

*Þersfligr* utilis 265.

*Þilin* f. plur. stega, constratum navis  
73. *Þil*, n. tabulatum, Dan. *del*, ASax.  
*dill*, idem, Ger. *diel*, asser, planca.

*P'ng-uðrk* pl. n. conventus initiandi signa vel formulæ, 300.

*Piórr*, m. taurus, 352. Dan. *tyr* cet.

*Distill*, m. carduus 74. Ger. *distel*, Dan. *silsel* idem.

*Pocki* favor, benevolentia; *Pocka fell*, qui multorum favorem sibi facile conciliat, acceptus, grotus, 28.

*Porn*, *Þyrnir*, sentis, *Hk.* II. 6. *Sára Þorn* ensis 172. 2) *Porn* fibula.

*Þorri* m. copia, summa, maxima pars, 378. Sic *Þorri fátins*, pecuniæ potior pars. *Sugrf-dala* s. *Þorri manna*, plerique homines *Alex. s.* in append. *Þorri líðsins* totus fere exercitus, *Hk.* alibi.

*Þorri* nomen mensis, partim Januario, partim Februario respondens, 382. q. d. com-

plementum & summa hiemis. Quod *Þorri* Qyenlandiæ sive Cæjoniæ rex nomen suum huic mensi imposuerit, incertis veterum traditionibus nititur. Vide *Goe.*

*Þöngull* squilla 118. Ubi cognomen, *Páng*, ulga.

*Þreskiollur* limen, 52. Vide *Kristni s.* in glossario, ubi dicta non repetam

*Þrunla* s. tonitus 77. Est iudice Finnao diminutivum vocis *Þruna* tonitru; *Þrym*, imperf. *Þrunða*, intono. Vid. p. 403.

*Þundur* Othini nomen, 188. q. d. arcum-tendens.

*Þvara* veru, 92.

*Þyfs* m. strepitus, tumultus, 265. *Þessum Þyfs*, in hoc tumultu. *Noregs kouúnga* sal.

*Amicæ brevitatis tuique commodi studio tribues Lector, quod hæc vocum antiquarum mantissa in arctum & mole libri forsân minus tibi visum contraheretur; in hoc enim secutus sum perillustri editoris voluntatem & prudens consilium, qui missis notioribus variora solum & alibi non explicata censeret hic & explicari voluit, quare ut huic saveas instituto, meamque ei navatam operam boni consulas spero.*

J. O.











